






600095818.



HESIODI

SCVTVM HERCVLIS.

HESIODI
SCVTVM HERCVLIS.

LIBRORVM MSS. ET VETERVM EDITIONVM

LECTIONIBVS COMMENTARIOQVE

INSTRVXIT

DAVID IACOBVS VAN LENNEP.

EX SCHEDIS DEFVNCTI EDIDIT

I. G. HVLLEMAN.

PRAEFATVS EST

I. GEEL.

AMSTELODAMI,
APVD IOANNEM MVELLER.

MDCCCLIV.

TYPIS C. A. SPIN ET FILII

L. S.

»*Persuasum sibi habet, ut videtur, typographus, diu adhuc in vivis me futurum. Sed bonis de causis ego aliter censeo; atque ideo iam* XIV *dies specimen typographicum vehementer exspecto, cuius tamen, quod nunc audio, proximo demum die Lunae initium sunt facturi.*" *Haec quum scriberet Lennepius a. d.* III *Kal. Febr. a.* MDCCCLIII, *prospera etiam tum valetudine utens, et dici vere potest* mortem cecinisse ut vates (*obiit enim a. d.* IV *Id. eiusdem mensis*), *et sollicitudinem, quam extrema vita ei afferret* Scuti *vulgandi cura, satis ingenue prodidit. Me autem cur huius solliciti animi sui faceret certiorem, vix alia causa fuit quam quod humanissime roganti pridem meam qualemcunque operam in paranda* Scuti *editione promiseram; quae ipsa res movit deinde defuncti filios, ut mihi mandarent quas iam sustineo editoris partes. Quibus precibus, quamvis haud mediocrem fore laborem probe intelligerem, ideo facillime cessi, quod nefas videbatur fallere mortuum, cui fidem vivo dedissem.*

Sic igitur pia quadam necessitate adductus gaudeo equidem, quod aliquatenus saltem illud praestare officium potui, quod semel atque iterum in Praefationibus utriusque a se editi Hesiodei carminis sibi Lennepius rogavit: namque omnino praestare non licuit. Sunt quidem schedae mihi traditae, quibus Vir Clar. sua ipse manu scripta collegit Hesiodi Fragmenta, *adiectis pas-*

sim brevioribus observationibus, sed nec digesta neque ita elaborata, ut possint typis describi. Habueritne Lennepius in animo haec una cum secundis curis in Theogoniam atque Ἔργα, *in horum Praefatione commemoratis, et* Indicibus in omnia Hesiodea *sua singulari volumine complecti, an postea mutaverit sententiam, res est in incerto posita. Mecum saltem quoties de* Scuto *edendo confabulatus est, quid consilii porro ageret ne uno quidem verbo communicavit, nec quidquam quod eo spectaret repertum in scriniis videtur. Itaque solum* Scutum *cum apparatu critico et commentario vulgandum ut accepi, ita curavi. Qua in re hanc mihi legem praescripsi, ut nihil mutarem nisi quod errori sive scripturae sive memoriae tribuendum esse certo constaret, ab aliis omnibus abstinendum ratus. Vnum addo, non mea causa, sed Lennepii. Si qua sunt quae inchoata magis quam perfecta videantur, in primis in extremo commentario, tenendum est, huic praesertim parti defuisse supremam quae dicitur Auctoris manum.*

Dixi quae Lectori Editor dicenda putabam, praetermissis Lennepii laudibus, quas cognoscere cupienti Geelius satisfaciet. Hunc igitur adeas praefantem.

Scr. Amstelodami
prid. Kal. Oct. a. MDCCCLIV.

I. G. HVLLEMAN.

PRAEFATIO.

Exspectatur a me praefatio huic tertio volumini Carminum Hesiodeorum praemittenda; si — quod Veteres in rebus agendis praefari solebant — ut bona fausta felix fortunataque siet haec editionis perfectio, religio sit hoc officium detrectare, praesertim in opere postumo viri egregii, qui labantes vires in hoc senili opere consumsit, eoque exantlato multis desideratus occidit; sin hac recenti significatione verbi requiritur praefatio, quae operis consilium exponat, nihil fere est quod desiderent lectores, quippe his ipse Lennepius in prioribus voluminibus satisfecit.

Sed mirum non est haec considerantem me redire in memoriam, quam inde ab iuventute retinui institutionis Lennepianae, ipsiusque studiorum ac laborum, quorum si ratio abhorruit ab eo quod nonnulli spe et exspectatione praeceperant propter Lennepii splendidissimas dotes ingenii, harum quidem haud multa reliquit monumenta pro virium alacritate,

robustaque valetudine et incredibili industria; sed quae condidit sunt digna auctore, tuebaturque Lennepius hanc sententiam utilissimum quidem civem esse eum qui in veteribus literis omnique antiquitate perscrutanda umbratilem operam poneret, sed requiri etiam alios, qui ex illa solitudine identidem in communis vitae celebritatem opinionumque certamina descenderent. Inter haec extrema medium tenuit, in quod natura ferebatur, quoque eum impellebat varietas et multitudo domesticarum externarumque occupationum. Sed ego quum initio huius seculi eius scholas frequentarem, Terentium ita eum interpretantem audivi, ut discipulos ex antiquitate ad citeriorem elegantiam haud conscios transferre videretur. De significatione verborum et constructione interrogabat, tum quod scripto exciperent parce dictabat, ex eis qui maiores progressus habebant unum alterumve eum quem tractaverat locum pronuntiare iubebat, tum ipse artificiose recitabat. Idem sequebatur in Ovidio; in Ciceronis autem orationibus argumenta et res declarabat, elicitis frequenter iuvenum responsionibus, qui quum intellecta a plerisque verba iussu praeceptoris alta voce legissent, hic eadem tanta arte eaque voce declamabat, ut ipsum Tullium aut subtiliter argumentantem, aut facete irridentem, aut vehementer indignantem referret.

Eodem fere modo, quum Homerum interpretaretur, in vocabulorum explicatione ad etymologiam

usque hemsterhusianam descendebat; sententiae difficultates nonnumquam praetermittebat, quarum enodationem aut minus gratam auditoribus fore putaret, aut non tam necessariam esse, ut hac omissa haud satis aperta essent Poëtae verba. Properabat ad declamationem, quae discipulis, qui quidem possent intelligere, quasi monstraret singulas virtutes poëticas; idque voce, vultu, gestu ita efficiebat ut modesti iuvenes vix plausum cohiberent.

Convocabat praeterea ad se certis horis vespertinis provectiores, quibuscum graecum scriptorem legeret et patrio sermone interpretandum poneret; eratque haec tamquam esoterica exercitatio utilis et propter confabulationis suavitatem iucundissima: nec dubitari potest quin haec institutio sensum amoremque pulcri in auditorum animis excitaverit. Sed prodierunt quoque e Lennepii schola Hamakerus, Reuvensius, aliique, ne superstites commemorem, qui Gratiis quidem sacra facere minime contemnerent, sed dura asperaque et spinosa appeterent magis quam vitarent, ut quibus ingenii vires solertiamque iudicii confirmari sentirent. Tales autem adolescentes Lennepius ope, consilio subsidiisque e locupletissima bibliotheca sua large iuvabat, videturque omnino, experientia doctus, severiorem docendi rationem coniungere voluisse cum modica quadam doctrinae dispensatione in statione amstelaedamensi. Planius exponendum videtur quid velim.

Iuvenis erat Lennepius, iamque iuris peritus forum cogitabat, quum in Wyttenbachii Amstelaedamo Leidam vocati cathedram, a Curatoribus oblatam suasu Boschii, eiusdem monitu cunctanter succederet. Etenim tametsi egregie tinctus esset veteribus et recentioribus literis, earumque suavitatem toto animo concepisset, sentire debuit quid esset Wyttenbachio succedere, iam tum veterano. Vicit, ut arbitror, eius haesitationem multiplex rei consideratio. Scilicet regnabat Wyttenbachius in Graecorum historicis, philosophis, oratoribus commentandis; artem vero metricam non ita callebat ut esset ei pro fundamento critices, cui firmiter insisteret ad corrigenda quae corrupta essent in poëtarum graecorum reliquiis; poëtas autem Romanorum parum curans, artem pangendi latinos versus tantum non contemnebat.

Lennepius ad poësin pronus erat, eiusque studium poëtarum latinorum Nodellius, Boschius et Santenius praeceptis aluerant. Hinc factum est ut excelleret latinae poëticae facultate, sermonique poëtarum ita assuefieret, ut latine scribens nonnumquam dictione poëtica abuteretur. Sed Wyttenbachium Amstelaedami, Ruhnkeniumque Leidae docentes, quum minus assidue audiret, graecas quidem literas non omnino omisit, sed eorum virorum nec praestantiam intelligere nec disciplinam imbibere tunc potuit. Provectior quum esset aetate, institutionis quam neglexerat usuram admirabili diligentia partim sarcivit,

ac deprehendi eum, aliquando visens, Eustathii commentarios ad Homerum legentem, quum mihi confiteretur, hoc quidem Valckenariano modo nunc facere se non posse, sero enim esse. Haec autem Eustathii aliorumque scriptorum lectio causa fuit quamobrem ad Hesiodum edendum apparatum copiosum colligeret, cuius usum multis annis post ita occupavit Mutzellius, ut Lennepio industriae suae laude constiterit cunctatio.

Sed quo tempore aggressus est ad officia muneris professorii, hoc praecipue videtur meditatus esse ut doctrinae existimationem et fructum civium moribus et voluntati accommodaret; nec successu caruit: erat quippe Lennepius exemplum humanitatis, honestatis, elegantiae, urbanitatis, nobili genere natus, in lautissima re vivens, multorum familiaritates usurpans, quibus honesti aliquid flagitantibus raro abnuebat; hinc sodalitiorum et conventuum particeps, in quibus tum recitandis orationibus doctaque collocutione oblectatio quaerebatur, tum de rebus civitati salutaribus sermones instituebantur.

Laudandi Amstelaedamenses, qui tantae auctoritatis virum ad publica commoda tuenda traherent. Sed Lennepius iam tunc longius spectabat, cogitabatque eam eruditionem iuventuti ex scholis publicis hauriendam, quae non antiquitatis terminis aut severis doctrinarum formulis esset circumscripta, sed liberius vagaretur, ac civium, qui quidem liberaliter

essent educati, mentes populari scientia expleret et ornaret. Quis enim non suspicetur Lennepium, quum ab Rege designatus esset in numero eorum, quibus nova Universitatum et Athenaeorum disciplina describenda mandaretur, tunc in primis persuasisse collegis, quae sunt in decreto regio, quod eorum suasu anno decimo quinto huius seculi promulgatum etiamnum legis vim obtinet? Ibi enim scriptum est "ut in Athenaeis pulcri sensus, elegantia doctrinaeque quantum eius fieri possit, cum urbis incolis communicentur — tum ut adolescentes, qui quavis de causa integrum cursum in aliqua Universitatum absolvere non possint, partim certe in Athenaeis academica erudiantur institutione."

Non quaeram an professores Athenaei Amstelaedamensis semper huic legi obtemperaverint, aut nonnulli, harum quasi angustiarum pertaesi, limitesque legis transgressi, cum institutione academica ita contenderint, ut propter paucitatem professorum unus et alter omnes fere disciplinae suae partes traderet. Admirabantur sane nonnulli tantam industriam et praedicabant: in quo quum usurparent illud ἔρδει γὰρ πολλῶν ἄξια μοῦνος ἐών, non recordabantur Poëtam laudare militem strenuum, qui multis prostratis hostibus ipse denique occumberet. Sed Lennepium non fugit hoc incommodum, paulumque a prius suscepta opinione deflexit; identidem certe aliquam antiquitatis partem prae reliquis accuratius tractare consue-

verat; itaque non tantum publico legis mandato serviebat, sed si quem eximium iuvenem nactus esset, hunc stimulis additis privatim praeceptis informabat.

Apparet mente Lennepium adumbratam habuisse professoris imaginem eximie isti muneri satisfacientem, eamque suo ipsius exemplo quam proxime expressisse: unde plerique viri ex eius schola prodierunt, qui veri pulcrique instrumenta ad sua quisque doctrinae studia ornanda contulerunt. Enimvero haud multi reperientur, qui ad eamdem docendi rationem iis facultatibus animi, ingenii, fortunae instructi sint, quae in Lennepio tanto consensu conspiraverunt, ut simul varias partes antiquitatis exploraverit, easdemque editis scriptis illustrando nomine in philologis dignus evaserit.

Itaque fieri non potuit quin Lennepius saepe de otio suo invitus decerpserit horas, quas deberet lectionibus publicis, aut concedere cogeretur convictui familiarium et minus fortasse literatorum inter cives. Ex illis tamen horis subsecivis et aestiva rusticatione mature prodiit Heroïdum Ovidii editio, specimen superbissimi iudicii, facultatisque criticae, cuius ratio elegantiae sensu regeretur, eiusque praestantiam iudex peritissimus, Niebuhrius, praedicare eumque librum commendare solebat tamquam poëtas latinos rite interpretandi exemplum. Promisit tunc Lennepius ampliorem editionem eorumdem carminum; at non stetit promissis, sive quod satis se tribuisse

operae huic poësi arbitraretur, sibique instaurandum esse antiquitatis graecae studium, sive quod in colligendis subsidiis sibi haud satisfaceret.

Rediit tamen aliquamdiu ad metricam Romanorum, quum Terentiani Mauri editionem Santenianam post editoris mortem absolveret. Erat hic ei labor amicitiae et amoris causa susceptus, facilisque fuit Lennepio, praeter curam conquirendi dispersos libellos et schedas Santenii. Exercitatus erat in hoc argumento Lennepius; non multas tamen observationes de suo adiecit, in quibus una excellit uberrima, ad vs. 1059, disputatio *de positione debili*, quae documento est, eum inde ab iuvenili aetate hanc artem excoluisse, potuisseque vel cum Santenio contendere, si lectionis diuturnae veterum metricorum fructus ei suppetivisset.

Praecurrerat huic labori eiusdem generis cura edendi magnam partem Anthologiae graecae, cuius commentarium Boschius integrum reliquit. Lennepius post mortem huius doctissimi viri, cuius memoriam in primis colebat, typis describendam curavit tum partem voluminis quarti, tum quintum integrum. Sed Boschius tantum inchoaverat huius postremi voluminis commentarium, pertinentem ad libros Anthologiae tertium et sequentes, cum mantissis. Deerat his amplior probatio constituti textus et correctionum in verbis poëtarum epigrammaticorum, eademque disputandi ubertas, quae priora volumina ornabat.

In hac difficultate quum laboraret Lennepius, suum non esse censuit defuncti Interpretis partes agere et commentarium istius voluminis explere; huiusque modestiae in praefatione rationem reddidit. Additamenta autem ipsius Boschii paucis verbis inter plagularum correctionem supplevit. Haec breviter descripsi, quandoquidem sunt qui putent Lennepium istam partem commentarii composuisse, amboque viros revera ac necessario consociatos fuisse in editionis perfectione. Sed copiosissimos indices adiecit Lennepius, ornavitque illud volumen laudatione Hieronymi Boschii, in qua tum egregias Viri virtutes digne celebravit, tum pietatis et eloquentiae praeclarum documentum reliquit.

Reliquam eius industriam per annos fere quadraginta vindicarunt sibi commentationes tredecim, lectae in consessibus Regii Instituti Neerlandici. Erat autem Lennepius socius Secundae et Tertiae Classis, ita ut in utraque ingenii doctrinaeque laudem consequeretur, sive in altera disputaret de antiquitatis locis, eosque accurate exponeret, sive in altera de literis neerlandicis et de vetusta historia nostrae patriae. Sunt omnes editae in Actis Instituti — de antiquitate graeca et romana his indicibus:

De imperatore Gallieno.

De Iudaeorum origine damascena.

De rege Bostreno, aliisque rebus memoratis in epistola Ciceronis ad Q. Fratrem, II. 12.

De regibus Commagenes et Ciliciae, Seleucidarum posteris.

De varia variisque temporibus areopagi potestate — non autem ab iis iudicibus damnato Socrate.

De Horatii epistola ad Bullatium, I. 11.

De Daphnide Theocriti et aliorum.

De papilione seu psyche, animae imagine apud Veteres.

Veris quaedam epitheta apud Veteres illustrata.

Non omnes elaborate scriptae sunt, sed eminent pleraeque suavi genere demonstrationis et multa in modico ambitu iudicandi prudentia.

His si adnumerantur commentationes in Secunda Classe lectae, orationes, laudationes, libelli de varia materia, carmina denique, quae imaginum splendore, suavitate sensuum animi, formae denique perfectione et nitore insignia, quo pauciora reliquit, eo magis ab eis, quibus cum Musis commercium est, suspiciuntur ac diliguntur — mirandum est Lennepium in tam occupata vita et in tanta negotiorum multitudine quum muneris officio tum literarum studiis satisfacere potuisse, eaque scripta relinquere, quae nomen eius posteritati commendatura sunt.

Sed quum annum aetatis quartum et sexagesimum attigisset, ac velut in longa difficilique navigatione vela contrahere cuperet, simul et lectionum publicarum onere levari et munus gravissimum in Collegio Statuum Provincialium Hollandiae imponi sibi passus

est. Otium eum quaesivisse quis non laudet? De novo illo munere quid alii vere iudicaverint ignoro; ego susceptum ab Lennepio dolui. Sed si ne tunc quidem otio abundavit, nec totum se, quod deposcere multis visus erat, literis dare potuit, sat tamen multa negotia in hac mutata vitae ratione deponere potuit, constituitque illam vacationem edendo Hesiodo impendere, quamquam eius rei consilium iam ceperat, quum Heroïdes ederet, conferrique iusserat Hesiodea cum codicibus, quos in praefatione Theogoniae recensuit — tunc quidem par erat arduo alicui operi efficiendo, ideoque, ut puto, taedio correptus tam parum fructuosae collationis, quae longe maximam partem de librariorum recentiorum socordia erroribusque arcessita esset, totum editionis opus abiecit. — nunc vero Hesiodi memoria instaurata, quumque per illam diuturnam intermissionem aliena multa tractavisset, eosque nunc libros circumspiceret ac legeret, qui prodierant de Hesiodi carminum origine et integritate, iactabatur in fluctibus ingeniosissimarum divinationum, protervaeque cuiusdam novandi audaciae; in quibus interiturus erat novus Lennepii ardor, nisi subvenisset huic sollicitudini ipsa senilis iudicandi lenitas. Persuadebat enim sibi non adeo magnam vim esse argumentorum, quae ab illis promerentur, quin aliquid opponi posset ad vindicandam Hesiodeorum formam diuturna traditione cognitam. Hinc factum est ut raro aliquid illis concesserit; sed

eosdem in frequenti dissensione numquam aut tacitus praetermisit, aut in obloquendo reprehensione castigavit: amplectebatur enim in Literis sententiam Tullii, vetustatem suo loco conservandam esse, opinionumque commenta delere diem.

Saepe mecum Lennepius vel coram vel per literas de Hesiodo disceptavit, egoque de nonnullis in huius Scuto contrariam Lennepio sententiam tuebar; sed nihilo minus affirmo non poenitere me, si quid valuit adhortatio mea apud virum mei amantissimum ut Hesiodi editionem aliquando ad finem perduceret: etenim fore sperabam ut senis gravissimi ac prudentissimi vox in tanta opinantium contentione lubenter audiretur.

Hoc autem volumen I. G. Hulleman, vir perdoctus et mecum existimationis Lennepianae studiosus, eadem diligentia typis describendum curavit, qua in suis ipsius scriptis perpoliendis uti solet.

Scripsi Lugduni-Batavorum,
Mense Septembri MDCCCLIV.

I. GEEL.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

Ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν
ἤλυθεν ἐς Θήβας μετ' ἀρήϊον Ἀμφιτρύωνα
Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.
ἥ ῥα γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων

VARIAE LECTIONES.

vs. 1. ἣ οἵη cum Tzetze Par. C. I. Bav. Schell. In Parisinis A. F. G. H. et Vossiano, sicut in Ald. Frob. I., nulla est super articulo accentûs vel spiritûs nota, ut incertum sit, voluerintne ἣ οἵη, an ἡ οἵη, idemque obtinere puto in Italis meis nonnullis, tametsi nullam ex iis enotatam video ab Edd. Heinsianae et Graevianae lectione discrepantiam. Abest articulus a Par. E. Additus videtur ab recentiore manu in Par. K, in quo post οἵη superscriptum δὲ. In Ed. Bas., ubi comparet, sed sine accentûs vel spiritûs nota, redditur *heu qualis*. In Iu. 1. est οἵη, sed spatio relicto ut litera prima scriberetur. η οἵη habent Mosq. 2. Trinc. Steph., quod Wassius, Robinsonus aliique probarunt, ἡ οἵη *illa sola* interpretati. Conf. Obss. Miscell. Vol. III. T. I. p. 81, L. Bos Obss. Crit. p. 114. τοίη exhibent Mosq. 1. Med. d'Orv. Iu. 2. Farr. Benen. ἠοίη Schol. Paris. C, ut Schol. Ven. ad Il. T. 342 apud Bekker. p. 527, 50, ut sit adiectivum, non tamen eo sensu, quo vult accipi Guietus, ut *matutina*, vel, quo Palmerius Gr. Antiq. p. 331, ut *Orientalis* significetur, sed ut, derivato vocabulo παρὰ τὴν ἠῶ, idem sit quod ἡμέρα i. e. ἀγαθή. Conf. Etym. M. p. 439, 55. Certe ἠοίη unum visum est vocabulum Hermesianacti in notissimo fragmento p. 150 Schneidew., fortasse et Grammaticis, quibus passim ἤοιαι, vel ἠοῖαι citantur. Conf. Rankius in Appar. Crit. Pro recepta vulgo, inde a Comm. et Heins. lectione faciunt fragmenta Hesiodi apud Strabon. IX. p. 442. XIV. p. 647, Schol. ad Pind. Pyth. IV. 33. IX. 6, quamquam ibi quoque variant SS. προλοποῦσα Par. I. δόμον Emm.

vs. 2. ἦλθες Neap. 1. εἰς Flor. D. F. Θύβας Trincavellianae vitium est, nescio an ex iotacismo ortum, ut est in v. 3 Harleiani Codicis vitium Ἀλκμύνη. Ἀμφιτρύονα Schell.

vs. 3. Ἠλεκτρυῶνος Par. B. et cum Ven. 2. Trinc. Bog.

vs. 4. ἦν ῥὰ Par. m. Mosq. 1. Med. d'Orv. φύλλον Neap. 1. φῦλα Par. I. ἐκαίνυντο Par. E. Schell. ἐκαίνυτο Flor. F.

εἶδεΐ τε μεγέθει τε· νόον γε μὲν οὔτις ἔριζε
τάων, ἃς θνηταὶ θνητοῖς τέκον εὐνηθεῖσαι.
τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἄπο κυανεάων
τοῖον ἄηθ' οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
ἡ δὲ καὶ ὣς κατὰ θυμὸν ἑὸν τίεσκεν ἀκοίτην,
ὡς οὔπω τις ἔτισε γυναικῶν θηλυτεράων·
ἦ μέν οἱ πατέρ' ἐσθλὸν ἀπέκτανεν ἶφι δαμάσσας

VARIAE LECTIONES.

vs. 5. *εἴδει τε* Par. A. E. *m.*, Med. d'Orv. Voss. *εἶδεΐ τ' ἐν* ex Diacono, ut videtur, Neap. 1. Vit., sed hic ex correctione. *μεγέθει νόον* Par. A. *γέμεν* Par. B. C. Rehd. *γέ μεν* Par. D. *γὲ μὲν* Ald. Bass. Bog. *γέ μιν* Par. E. K. Vit. *γε μινεν* (sic) *ἔριζε* Flor. D. *ἔριζεν* Flor. A. B. Ven. 2. Trinc. Recepit hoc Wolfius.

vs. 6: *θνητοῖσι* Bav. a m. sec. *εὐνηθῆσαι* Neap. 2.

vs. 7. *ἀποκρῆθεν* Vit. cum Etym. M. p. 495, 29 seq. et Eustath. ad Il. p. 1257, 59 seq. Recepit hoc Wolf.; sed conf. a me notata in Varr. Lectt. ad Th. v. 574. *βλεφάρων ἀπὸ* Eustath. ad Il. l. c. et p. 1363, 55. ad Od. p. 1591, 50. Etym. Gud. in *κατακρῆθεν*, Schol. B. V. ad Il. T. 1. *ἀπο* Vit. Schell. *ἀπὸ* vulgo Libri SS. et Edd. *ἄπο* recte post Wintertonum Goettlingius. *ἀποκυανέων* Rehd. *κυανέων* Flor. D. F. Neap. 1. 2. Bav. Vit. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. Parisinorum etiam apud Rankium A. C. E. K. (sed ex quibus, in meos usus ad Loesneri Ed. collatis, nullam enotatam inveni ab eius lectione discrepantiam) N. Thierschii, tum Editionum Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. Bass. Steph. Benenat. Comm. Heins. *κυανεόντων* Flor. C. Par. D. G. Mosq. 2. Schell. Bog. *κυανεόντων* (superscr. *ου*) Flor. B. *κυανεείων* Wintert. At *κυανεάων* exhibent cum Eustathio et Scholiis ad Il. T. I. l. c. Parisinorum meorum certe quidam, Flor. A. Ven. 2. Trinc. Amplexi idem Guietus, Schmidtius, Graevius, Clericus, Robinsonus, omnesque hinc recentiores.

vs. 8. *οἷόν ποτε* Flor. C. Vit. Mosq. 2. Schell. Rehd.

vs. 9. *ὡς* sine accentu Mosq. 2. *ὣς* Emm. *ἄκοιτιν* Flor. D.

vs. 10. *οὔπω τι* Par. A. Med. d'Orv. *οὔπωτι* Ald. Iunt. 1. 2. Frob. Farr. Bass., sed in interprete Bas. recte *aliqua*. Coniecit Schmidtius legendum *ὥς τις ἂν οὔ ποτ' ἔτισε*, praeter necessitatem.

vs. 11. *ἦ μέν οἱ* (*Fοι*) recipiendum duximus, oblatum a Par. B. H. I. K. apud Rank. etiam C. E., Vit. Med. d'Orv. *ὁ μέν οἱ* Par. D. F. G. Mosq. 2. Schell. Rehd. *ὁ μήν οἱ* (sed in marg. *ἡ μέν*) Flor. C. *ἦ μὴν* omisso *οἱ* Par. A. Ald. Iu. 1. Frob. Bas. *ἦ μὴν δὲς* Bav. a pr. m. quod secunda in *οἱ* mutavit, superscripto *αὐτῆς*, et ita in gl. *ἦ μήν οἱ* Iu. 2. et hinc vulgo Edd. cum reliquis SS. *ἀπέκτεινε* Flor. A. *ἀπέκτεινεν* cum Diacono Flor. C. F. Par. D. F. H. I. Vit. Mosq. 1. Emm. Med. d'Orv. Schell. Rehd. *ἀπέχθεινεν* Neap.

χωσάμενος περὶ βουσί· λιπὼν δ' ὅγε πατρίδα γαῖαν
ἐς Θήβας ἱκέτευσε φερεσσακέας Καδμείους.
ἔνθ' ὅγε δώματ' ἔναιε σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι
νόσφιν ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου, οὐδέ οἱ ἦεν
πρὶν λεχέων ἐπιβῆναι ἐϋσφύρου Ἠλεκτρυώνης,
πρίν γε φόνον τίσαιτο κασιγνήτων μεγαθύμων
ἧς ἀλόχου, μαλερῷ δὲ καταφλέξαι πυρὶ κώμας
ἀνδρῶν ἡρώων Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων.
ὣς γάρ οἱ διέκειτο, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν·
τῶν ὅγ' ὀπίζετο μῆνιν, ἐπείγετο δ' ὅττι τάχιστα
ἐκτελέσαι μέγα ἔργον, ὅ οἱ Διόθεν θέμις ἦεν.

VARIAE LECTIONES.

1. ἀπέκτειν' Ἶφι Trinc. e Ven. 2. Videtur fuisse ἀπέκτανε FἾφι. Ἶφθι Vit. ἴφι Neap. 2. Trinc. δαμάσας Flor. C. D. F. Par. B. C. Mosq. 1. Voss.

vs. 12. περὶ βουσίν Mosq. 1. Par. m. πέρι Goettl., ut sit adverb. *valde*. Sed vide infra Comm. δ' ὅτε Par. A. Bav. a pr. m. Mosq. 1. in marg. δ' ὅ τε Ald. Iu. 1. Frob. Bass.

vs. 13. εἰς Flor. D. φερεσσάκεας Flor. B. C. D. F. Neap. 1. 2. Par. A. D. G. I. Schell. Rehd. Edd. ante Schmidt. φερεσακέας Mosq. 1. φερεσακίας Par. H. φερεσακέους Vit. φερεσσακέους Flor. A. Ven. 2. Trinc. φερεσσάκεες Wintert.

vs. 14. ἔναιεν Mosq. 1. Par. m. παράκοιτι Vit. παρακοῖτι Bav. a pr. m. Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Trinc. Farr. παρακοίτῃ Par. K.

vs. 15. ἐφ' ἡμέρου Par. K. Emm. ἐφημερὶ Vit. οὐ γάρ οἱ ἦεν omnes SS. Attamen οὐδέ οἱ ἦεν ex Hermanni coniectura in Orph. p. 125 et 780 cum Dind. et Goettl. non veriti sumus in contextum recipere. γὰρ pro δὲ intrusum est ab ignorantibus digamma. εἶεν Emm.

vs. 16. Ἠλεκτρυόνης Vit. Ἠλεκτρυῶνος Flor. D. Ἠλεκτριώνης Voss.

vs. 18. ἀλόγου Mosq. 1. πυρὶ καταφλέξαι Flor. C. Par. B. C. F. K. apud Rankium etiam A. E. G. Vit. Mosq. 2. Emm. Schell. Rehd.

vs. 19. ἠδὲ Flor. C. D. F. Neap. 1. Par. E. K. (apud Rank. etiam G. et m) Vit. Med. d'Orv. Emm. Schell. Rehd. ἴδε Voss.

vs. 20. θεοὶ δὲ ἐπιμ. Par. K. ἐπὶ μάρτυροι Par. H. I. Trinc. Idem Guieto placuit per tmesin explicanti θεοὶ δ' ἐπ-ῆσαν μάρτυροι, qualem tmesin admittendam etiam Heynius censuit apud Hom. Il. H. 76. ἔσσαν Par. B. D. F. G. Vit. Schell. Rehd. ἦσσαν Flor. B. C.

vs. 21. τῶν γ' ὀπίζετο Ven. 1. Par. C., cui scripturae non merum vitium subesse, sed lectionem τῶν γ' ὀπίζετο μ. haud temere opinatur Rankius, collatis Homeri locis Il. Σ. 216. Od. Ξ. 283. ὅτι τάχ. Par. K.

vs. 22. ἐκτελέσσαι Rehd. ἐκτελέσας Mosq. 2.

τῷ δ' ἅμα, ἱέμενοι πολέμοιό τε φυλόπιδός τε,
Βοιωτοὶ πλήξιπποι, ὑπὲρ σακέων πνείοντες,
Λοκροί τ' ἀγχέμαχοι καὶ Φωκῆες μεγάθυμοι
ἕσποντ'· ἦρχε δὲ τοῖσιν ἐῢς παῖς Ἀλκαίοιο,
κυδιόων λαοῖσι. πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε
ἄλλην μῆτιν ὕφαινε μετὰ φρεσίν, ὄφρα θεοῖσιν
ἀνδράσι τ' ἀλφηστῇσιν ἀρῆς ἀλκτῆρα φυτεύσαι.

VARIAE LECTIONES.

vs. 23. *ἱέμενοι*, ut Trincavellus, exhibent Par. H. Bav. Mosq. 1. Addit Goettl. Med. 1. 2. In collatis mihi Florentinis non inveni. *φιλόπιδός τι* Par. C. Vit. Mosq. 2. Med. d'Orv. Ald. Iu. 1. 2. Freb. Trinc. Variatum iam antiquitus fuisse arguit in Etym. M. *φύλοπις* p. 627, 47, *φύλοπις* p. 802, 33. In Scholio Mosq. 2 explicatur *φύλοπις ἡ σπουδὴ τῆς ἐπιστροφῆς*.

vs. 24. *πληξίππου* Emm. *πλάξιπποι* Flor. C. Mosq. 2. (sed superscripto *η*) apud Rankium Par. D. E. In Parisinorum meorum nullo inveni. *πλαζίπποι* Schell. *πληζίπποι* Benen. *ἐπὶ σακ.* Mosq. 2. Schell. *πνέοντες* Par. G. Mosq. 2. Rehd. *πονείοντες* Par. B.

vs. 25. *ἀγχίμαχοι* Flor. B. C. Par. E. Vit. Schell. *ἐγχέμαχοι* Flor. A. D. et e Ven. 2. Trinc. In Bas. 2. redditum *hastati*. *Φυκῆες* Harl. *Φωκῆδες* Par. A.

vs. 26. *ἕσποντο* Flor. F. Mosq. 1. Par. m. Voss. *ἕσποντ'* Par. K. Bav. *πάϊς*, ut Edd. ante Dind., exhibent SS. omnes, excepto Rehd. qui *πάις*. Mihi quoque videtur apud antiquiores Epicos non admissa diaeresis fuisse, nisi postulante metro. Dactylorum studiosa aetas recentior hinc lubentius eam admisit. *Ἄλκαιο* Par. B.

vs. 27. *κυδιόνων* Par. B. *πατήρ δ'* Ald. Trinc. *δ'* omissum in Par. B.

vs. 28. *ὕφηνε* Par. C. In Bav. recentiore manu *ὕφαινε* mutatum est in *ὕφηνε* et supra literam *η* velut interpretamentum adiectum *αι*. *ὑφαίνει* lemma Monac. *ἔφαινε* Voss. *κατὰ φρ.* Med. d'Orv. sed superscripto *με*. *ὥς ῥα θ.* Flor. B. D. F. Par. B. C. (sed cum addito in marg. *ὄφρα*) H. Med. d'Orv. Harl. Mosq. 1. Voss.

vs. 29. *ἀνδράσιν ἀλφ.* Par. K. Neap. 2. Bav. Ald. Iu. 1. etiam Bas. sed interpretatione addita *et hominibus*. *ἀλφιστῇσιν*, ut Ald. et Iu. 1., habent Flor. E. Mosq. 1. 2. Rehd.; apud Rankium etiam Par. D. E. G. Ex Parisinorum meorum nullo enotatum inveni, ut neque *ἀλφηστῇσι*, quod e Parisino *m* (meo H) citatur. *ἀρᾶς* Par. B. *ἄρεως* legi vult d'Orvill. Vann. Cr. p. 310; sed vide, quae scripsi in Varr. Lect. ad Th. 657. *φυτεύσαι*, ut scripsimus cum Dind. et Goettl., exhibent Par. D. Med. d'Orv. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. Frob. Bas. Stephani margo, Benenat. Eius corruptela est *φυτεῦσαι*, quod habent Flor. B. C. D. Ven. 1. Par. A. B. E. F. G, I. K. Voss. Bav. Vit. Harl. Mosq. 1. 2. Bog. *φυτεῦσαι* (superscr. *η*) Par. C. *φυτεύσῃ* Ven. 2. Neap. 1. 2.

ὦρτο δ᾽ ἀπ᾽ Οὐλύμποιο, δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων,
ἱμείρων φιλότητος ἐϋζώνοιο γυναικός,
ἐννύχιος· τάχα δ᾽ ἷξε Τυφαόνιον· τότε δ᾽ αὖτις
Φίκιον ἀκρότατον προσεβήσατο μητίετα Ζεύς.
ἔνθα καθεζόμενος φρεσὶ μήδετο θέσκελα ἔργα·
αὐτῇ μὲν γὰρ νυκτὶ τανυσφύρου Ἠλεκτρυώνης
εὐνῇ καὶ φιλότητι μίγη, τέλεσεν δ᾽ ἄρ᾽ ἐέλδωρ,
αὐτῇ δ᾽ Ἀμφιτρύων λαοσσόος, ἀγλαὸς ἥρως,
ἐκτελέσας μέγα ἔργον ἀφίκετο ὅνδε δόμονδε,
οὐδ᾽ ὅγ᾽ ἐπὶ δμῶας καὶ ποιμένας ἀγροιώτας
ὦρτ᾽ ἰέναι, πρίν γ᾽ ἧς ἀλόχου ἐπιβήμεναι εὐνῆς.

VARIAE LECTIONES.

Iu. 2. Trinc. Farr. Steph., quem secuti sunt ante Dind. Edd. omnes.

vs. 30. Ὀλύμποιο Voss. (apud Rankium Par. G.) Rehd. Frob. ἀπὸ λύμποιο Schell. κυσσοδομεύων Par. B.

vs. 31. ἱμείρων Par. G.

vs. 32. δ᾽ ἷζε Flor. F. Med. d'Orv. Par. H. δ᾽ ἷξε Par. E. Variant porro libri inter ἷξε et ἵξε, SS. pariter atque Edd. Goettl. in Ed. 1. ἵξε, in 2. ἷξε. τότε δ᾽ αὖτις recipiendum duximus ex Harl. et Voss. Favent Bav. et Par. A., in quibus est τότε αὖθις, ut habent Ald. Iu. 1. Frob. Benenat., pro quo τότε δ᾽ αὖθις rectius Bas. 1. 2. Bog. Wintert. Omisso δ᾽ in quibusdam exemplis, pro eo, quod requirebatur ad supplendum hiatum, τόθεν invectum et hinc vulgo in libros SS. et Edd. receptum est. τόθεν αὖθις in Flor. D. Neap. 1. 2. Par. E. F. G. I. Med. d'Orv. Iu. 2. Farr. Steph. Heins. Rob. Loesn. Gaisf. τόθεν αὖτις in Flor. A. B. C. F. Par. B. D. H. K. (apud Rank. etiam C.) Vit. Mosq. 1. 2. Schell. Rehd. Ven. 2 et hinc Trinc. Boiss. Goettl.

vs. 33. Φοίκιον Emm. Φόκιον Harl. προσεμήσατο Par. B. μητιέτα Par. B. F. G. H. I. Mosq. 1. 2. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr.

vs. 35. γὰρ μὲν Vit. νυκτῇ Neap. 2. τανυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ Flor. F. Par. H. I. Harl. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss.

vs. 36. αὐτῇ καὶ Vit. εὐνῇ ἐν φ. Flor. A. Ven. 2. Trinc. Stephani margo. εὐνῇ abest a Par. E. εὐνὴν Flor. F. τέλεσσε Flor. C. Par. F. K. Schell. τέλεσσε Flor. F. τέλεσεν vitium est Heinsianae et multarum hinc Editionum. ἄρ Par. E. Vit. Mosq. 1. 2. Schell. Trinc. Iu. 2. Farr. Schrev. alii. ἐὸν ἔλδωρ Par. F. ἔελωρ Par. m.

vs. 37. λαόσσοος Par. B.

vs. 38. δόμοντε Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. δόμοισιν Emm.

vs. 39. ὅγε ἐπὶ Mosq. 1. Par. m. περὶ δμῶας Neap. 1. ἀγριώτας Flor. D. ἀγρίων Vit.

vs. 40. ὦρτ᾽ in Bav. manu recentiore mutatum in ὦρτ᾽. Voss. ὦρτο γ᾽ ἵμεν. πρίν γ᾽ ἧς Par. C. Abest γ᾽ a Voss. Fuisse πρὶν Fῆς ἀλόχου suspicatus est

τοῖος γὰρ κραδίην πόθος αἴνυτο ποιμένα λαῶν.
ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀσπαστὸν ὑπεκπροφύγοι κακότητα
νούσου ὑπ' ἀργαλέης ἢ καὶ κρατεροῦ ὑπὸ δεσμοῦ,
ὥς ῥα τότ' Ἀμφιτρύων, χαλεπὸν πόνον ἐκτολυπεύσας,
ἀσπασίως τε φίλως τε ἑὸν δόμον εἰσαφίκανε.
παννύχιος δ' ἄρ' ἔλεκτο σὺν αἰδοίῃ παρακοίτι,
τερπόμενος δώροισι πολυχρύσου Ἀφροδίτης.
ἡ δὲ θεῷ δμηθεῖσα καὶ ἀνέρι πολλὸν ἀρίστῳ
Θήβῃ ἐν ἑπταπύλῳ διδυμάονε γείνατο παῖδε,

VARIAE LECTIONES.

Fiorillo. Sed neglectum saepe digamma in hoc pronomine (vid. Spitzner. de vers. her. p. 128) et *γε* suavitatem habet hoc loco. *ἀλόχοιο* Flor. F.

vs. 41. *αἴνυυτο* Schell.

vs. 42. *ὑπεκπροφύγοι* pro vulgato *ὑπεκπροφύγῃ* recipiendum duximus e Diacono, Par. B. I. (apud Rankium etiam A. D. G. K. et N. Thierschii) Voss. Bav. Vit. Schell. Rehd. et sic iam Ald. Iu. 1. 2. Frob. Benenat. *ὑπεκπροφύσοι* Flor. C. *ὑπερπροφύγῃ* Emm. *ὑπεκπροφήγῃ* Trinc. vitiose pro *ὑπεκπροφύγῃ*.

vs. 43. *νόσου* Mosq. 1. 2. Schell. Rehd. apud Rankium etiam Par. C. G. *m.* *ὑποδυσμοῦ* Flor. C.; apud Rankium *δυσμοῦ* etiam Par. G.

vs. 44. *ὡς ἄρα* Flor. C. Vit. Rehd.; apud Rankium etiam Par. G. *ὡς ῥὰ τοτ'* Med. d'Orv. Par. *m.* *ῥα* abest a Voss. *τότ'* a Par. B. *ὑπολυπεύσας* Flor. D. *ἐκτολμήσας* Par. A. I. Neap. 2. Bav. Med. d'Orvillii. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Etiam in Par. C., ubi scriptum, ut vulgo, *ἐκτολυπεύσας*, additur *γρ. ἐκτολμήσας*. In Flor. E. Schell. Rehd. pro eo est *ἐκτολμῶν*.

vs. 45. *ἀσπασίως τε φιλίως τε* Par. G. I. Bav. Mosq. 2. Med. d'Orv. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. 2. *ἀσπασίως φίλως τε* Par. C. a pr. m.; sed altera addidit *ι* post *λ*, ut sit *ἀσπασίως φιλίως τε*, ut Frob. Schmidt. Sed *ἀσπασίως τε φίλως τε* plerique SS. et Edd. estque *φίλως* epicorum, non *φιλίως*. Vid. Hom. Il. Δ. 347. *φίλους τέ* vitiose Par. K. N. *εἰςαφίκανεν* Flor. A. B. Trinc. *εἰς ἀφίκανε* Par. K.

vs. 46. *παννύχειος* Flor. C. *πανύχιος* Voss. Bav. Ald. Iu. 1. 2. *παρακοίτι* recte hic Par. D. G. H. I. Mosq. 1. 2. Voss. Schell. Rehd. Bog. et recentius Boisson. Diad. Goettl. *παρακοίτῃ* Vit. Par. K. *παρακοῖτι* Trinc. *παράκοιτι* ceteri SS. et Edd.

vs. 47. *Ἀμφροδίτης* vitium est Aldinae.

vs. 48. *πολλῶν* Par. K. *πολλ$^{ῶν}_{όν}$* Par. N.

vs. 49. *ἐν* abest a Flor. F. Mosq. 1. Voss. et apud Rankium a Par. A. *m.* *ἐφ' ἑπταπ.* Harl. *διδυμάον' ἐγείνατο* Flor. F. Par. E. K. Vit. Voss. Med. d'Orv. Bav. (in quo ex *ο* recentior manus fecit *ω*, ut sit *διδυμάων'*). Conf. Hom. Il. Z. 26, ubi eadem scripturae diversitas. *διδύμασιν ἐγ.* Flor. C. *διδυμάονε γίνατο* Flor. A. *παῖδες* Flor. D.

οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντε· κασιγνήτω γε μὲν ἤστην·
τὸν μὲν χειρότερον, τὸν δ' αὖ μέγ' ἀμείνονα φῶτα,
δεινόν τε κρατερόν τε, βίην Ἡρακληείην·
τὸν μὲν ὑποδμηθεῖσα κελαινεφέϊ Κρονίωνι,
αὐτὰρ Ἰφικλῆα δορυσσόῳ Ἀμφιτρύωνι,
κεκριμένην γενεήν· τὸν μὲν βροτῷ ἀνδρὶ μιγεῖσα,
τὸν δὲ Διῒ Κρονίωνι, θεῶν σημάντορι πάντων.
ὃς καὶ Κύκνον ἔπεφνεν, Ἀρητιάδην μεγάθυμον·
εὗρε γὰρ ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος
αὐτὸν καὶ πατέρα ὃν Ἄρην, ἆτον πολέμοιο,

VARIAE LECTIONES.

vs. 50. *οὐκέθ' ὁμὰ*, ut iam e Ven. 2. Trinc. edidit, exhibet etiam Par. C. Recipiendum hoc duxi cum Wolf. Dind. Goettl. Ceteri SS. et Edd. disiunctim *οὐκ ἔθ' ὁμὰ*. Est *ὁμὰ* praecedente *ἔθ'* in Bav. a pr. m. ut apud Ald. Iu. 1. 2. *φονέοντε* Voss. *γε* abest a Par. B. *γέ μεν* Par. C. Schell. Ald. Iu. 1. 2. Frob. *δὲ μεν* Flor. B. Vit. *ἤσθην* Par. L.

vs. 51. *τὸν δὲ μέγ'* Flor. A. F. Trinc. *μέγ' ἀμείνονα* Par. H. *μεγαμείονα* Par. A.

vs. 52. *κάρτεροί τε* Schell. Rehd. *βίην* superscripto *ι* Par. *m.* *Ἡρακλείην* Par. E. K. Mosq. 2. Voss.

vs. 53. *ὑποδμιθεῖσα* Par. A. Ald. Frob. Ante hoc verbum in Par. *m.* *χειρότερον* male intrusum est, male item post illud in Voss. *τέκεν*.

vs. 54. *Ἰφικλῆα δορυσσόῳ*, ut, Hermanno de metris p. 74 obsecuti, iam Heinrich. et Boisson. scripserunt, recipere non dubitavimus e Flor. B. D. F. Par. C. E. G. H. Mosq. 1. Voss. Med. d'Orv. *Ἰφικλῆά γε δορυσσόῳ* habent Flor. A. Neap. 1. Par. B. C. F. Bav. Trinc. Comm. Heins. et hinc fere Edd. *Ἰφικλῆά γε δορισσόῳ* margo Mosq. 2. Ald. Iu. 1. 2. Frob. *Ἰφικλῆα λαοσσόῳ* Flor. C. Par. D. F. I. (apud Rankium etiam G.) Vit. Schell. Rehd. *Ἰφικλῆ λαοσσόῳ* post Hermannum in Ep. ad Schaef. (Greg. de Dial. p. 879) maluit Dind. et in Ed. altera Goettlingius.

vs. 55. *κεκρυμένην* Par. K. *κεκριμένην* Par. E. Vit. Mon. *κεκριμμένη* Mosq. 1.

vs. 56. *θεῶν* abest a Par. G. Mosq. 1. Voss. *σιμάντορι* Bav. Ald. Iu. 2. Bas. 1. Frob.

vs. 57. *εὐρητιάδην* Flor. D. *Ἀρηϊάδην* corrigendum suspicabatur Wolfius. Sed vulgatum, ut Hesiodeum, agnoscit Herodianus apud Eustath. ad Il. p. 518, 24 seqq. hinc et ipse Eustath. p. 1433, 14 seqq. et ad Dionys. Perieg. v. 665. Conf. Rankius.

vs. 58. *εὗρε δὲ* Emm. *ἑκατιβόλου* Par. *m.*

vs. 59. *πατέρα ὃν Ἄρ.*, ut cum Heinrichio et recentioribus scripsimus, exhibent Flor. A. B. C. D. F. Par. F.

τεύχεσι λαμπομένους, σέλας ὣς πυρὸς αἰθομένοιο,
ἑσταότ᾽ ἐν δίφρῳ· χθόνα δ᾽ ἔκτυπον ὠκέες ἵπποι,
νύσσοντες χηλῇσι· κόνις δέ σφ᾽ ἀμφιδεδήει,
κοπτομένη πλεκτοῖσιν ὑφ᾽ ἅρμασι καὶ ποσὶν ἵππων.
ἅρματα δ᾽ εὐποίητα καὶ ἄντυγες ἀμφαράβιζον,
ἵππων ἱεμένων· κεχάρητο δὲ Κύκνος ἀμύμων,
ἐλπόμενος Διὸς υἱὸν ἀρήιον ἡνίοχόν τε
χαλκῷ δῃώσειν καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δύσειν.
ἀλλά οἱ εὐχωλέων οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·

VARIAE LECTIONES.

(apud Rank. etiam E. G. *m.* N.) Vit. Mosq. 1. 2. Schell. Rehd. Ven. 2. Trinc. Bas. 3. Bog., et sic scribendum coniecerat Guietus. Reliqui Codd. σα-τέρ᾽ ἂν Ἄρ. ut est in Ald. Iu. 1. 2. Frob. et plerisque hinc Edd. ἂν omittit Par. I. Ἄρη᾽ Flor. C. Neap. 1. Par. D. F. H. (apud Rank. etiam E. G. K.) Vit. Schell. Ἄρη Mosq. 1. 2. Voss. Rehd. Par. I. apud Rank. etiam *m.* N. Formam Ἄρην probavit Herodianus, teste Schol. Ven. ad Il. E. 409. ἄτον Ἄρην Flor. D.

vs. 60 in Veneto 2. a recentiore manu additus est. Agnoscunt eum Scholiastae. ὡς Par. D. G. (apud Rank. etiam C.) Rehd. Bas. 3. Heinr. Pro σέλας ὣς Voss. ὡσεί.

vs. 61. ἑστάοτ᾽ ἐν Rehd. ἑσταότ᾽ ἐν Trinc. ἑσταῶτ᾽ ἐνὶ Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. ἐνὶ etiam Flor. B. F. Fortasse voluerunt ἑσταῶτ᾽ (ab Aristarcho probatum, ut tradunt Scholia Ven. 2. ad h. l.) εἰνὶ δίφρῳ.

vs. 62. νύσσην᾽ (sic) Par. B. δέ σφ᾽ ἀμφὶ δὲ δήει Emm. ἀμφιδεδήει Bass. et hinc pleraeque Edd., cum in antiquioribus, Ald. et ceteris, recte iam editum exstaret sine iota subscripto, ut editum etiam ab Heinr. Dind. Goettl.

vs. 63. pro πλεκτοῖσιν legendum Guietus πηκτοῖσιν censuit, quem recte refutavit Graevius. Conf. infra vv. 306, 370. Hom. Il. Ψ. 335.

vs. 64. ἅρματα τε δ᾽ εὐπ. Par. F. ἄντυγ᾽ ἀμφαρ. Emm. ἀμφαράβαζον Par. K. ἀμφαράκιζον Mosq. 1.

vs. 65. ἱεμένων recepimus secundum Par. F. (apud Rank. etiam C.) Bav. Vit. Mosq. 1. 2. Med. d'Orv. Ven. 2. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. Bass. Trinc. Bog. Schmidt. Krebs. Boisson. Goettl. ἠεμένων Par. K. In reliquis SS. et Edd. est ἰεμένων. κεχάριτο Flor. A. ἀμίμων Bav.

vs. 67. δῃώσειν apud Rank. Par. C. (a m. pr.) G. K. *m.* Mosq. 2. Voss. Schell. Rehd. δηώσειν Trinc. δαιώσειν Vit. Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. Renen. δηι ωσειν Par. N. δηϊῶσιν Emm. δηϊώσειν Mosq. 1. Med. d'Orv. ἀπο-κλυτὰ Ven. 2. Trinc. ἀπόκλυτα Par. H. Mosq. 1. ἀπο, κλυτὰ Vit. Schell. δύσειν Emm.

vs. 68. εὐχολέων Vit. Mosq. 1. Schell. et apud Rank. Par. C. E. K.

αὐτὸς γάρ οἱ ἐνῶρσε βίην Ἡρακληείην,
πᾶν δ' ἄλσος καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασαίου
λάμπεν ὑπαὶ δεινοῖο θεοῦ τευχέων τε καὶ αὐτοῦ·
πῦρ δ' ὣς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο. τίς κεν ἐκείνῳ
ἔτλη θνητὸς ἐὼν κατεναντίον ὁρμηθῆναι,
πλὴν Ἡρακλῆος καὶ κυδαλίμου Ἰολάου;
κείνων γὰρ μεγάλη τε βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
ὅς ῥα τόθ' ἡνίοχον προσέφη, κρατερὸν Ἰόλαον.
Ἥρως ὦ Ἰόλαε, βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων,
ἦ τι μετ' ἀθανάτους μάκαρας, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν,

VARIAE LECTIONES.

m. N. De meorum nullo enotatum hoc inveni, sed σύγχυλλῶν ex Par. B. ἔκλαγε Vit. Med. d'Orv.

vs. 69. Abest ab Emm. ἔνερσε Neap. 2. Ἡρακλείην vitiose Mosq. 1. Voss. et apud Rank. Par. E. K. m.

vs. 70 abest a Med. d'Orv.

vs. 71 in ὑπαὶ Codd. non variant. Videtur tamen etiam hic a poeta profectum esse ὑπὸ δειν. (ὑποδδεινοῖο), ut infra v. 98 ὑποδδείσαντες. καὶ abest a Bav. Med. d'Orv. Iu. 1. 2. Farr.

vs. 72. πὰρ δ' ὣς Vit. Schell. πῦρ δ' ὡς Par. C. apud Rank. Bas. 3. Wolf. ἐκείνων Flor. F. Harl. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. Robins. Heinr.

vs. 73. κατ' ἐναντίον Par. I.

vs. 74. πρίν γ' Ἡρ. Flor. F. Harl. Med. d'Orv. Voss. et apud Rank. Par. E. m. πλήν γ' Ἡρ. Flor. A. D. Mosq. 1. apud Rank. Par. K. N. γ' adscivit Wolf. e Trinc. Ceteri Editores, Aldum secuti, omnes πλὴν Ἡρακλ., et sic reliqui Codd. Ἡρακλέεος Par. F. Ἡρακλέος Mosq. 2. Schell. Rehd. κυδαλίμοο Voss. κυδαλίμου καὶ Ἰολάου Flor. B. Par. C. Ἰοάλου vitiose Ald.

vs. 75. κείνῳ Flor. B. Vit.; quae lectio praeferenda visa est Hermanno ob sequens v. 77 ὅς. Sed superiore versu non minus Iolai, quam Herculis, virtus et vires praedicantur. ἄαπτοι Par. B.

vs. 76. σταβαροῖσι Par. K. apud Rank. etiam G. μέλεσσι Flor. G. μέπεσσι Schell. μέλεσι Mosq. 1. μελέεσσιν Emm.

vs. 78. ἐκείνων pro πάντων Flor. F.

vs. 79. Η τί Med. d'Orv. Iu. 2. ἤτί Mosq. 1. Par. m. ἦ τί Schell. Diac. ἤτοι Rehd. Par. G. (sed ἦτι in marg.) Voss. μετ' omnes libri SS. et Edd. (exceptis Med. d'Orv. et Iu. 2, ubi μεθ') firmantque eam lectionem Scholiastae. μέγ' ἤλιτεν coniectura est d'Orvillii, quam receperunt Heinr. Gaisf. Dind. Goettl., probavit Rankius, sed ita, ut μέγ' ad ἤλιτεν, non ad τι referatur. Sane, quamvis frequens sit μέγα τι, vereor ut item usurpaverint Epici τι μέγα. Conf. infra Comm. μάκρας

ἤλιτεν Ἀμφιτρύων, ὅτ' ἐϋστέφανον ποτὶ Θήβην
ἦλθε, λιπὼν Τίρυνθον, ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
κτείνας Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων.
ἵκετο δ' ἐς Κρείοντα καὶ Ἡνιόχην τανύπεπλον,
οἵ ῥά μιν ἠσπάζοντο καὶ ἄρμενα πάντα παρεῖχον,
ἡ δίκη ἔσθ' ἱκέτῃσι, τίον δ' ἄρα κηρόθι μᾶλλον.
ζῶε δ' ἀγαλλόμενος σὺν ἐϋσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ,
ᾗ ἀλόχῳ· τάχα δ' ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν
γεινόμεθ', οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι, οὔτε νόημα,

VARIAE LECTIONES.

Emm. *τοι Ὄλυμπον* Bav. Ald. Iu. 1. *ἔχουσι* Flor. B.

vs. 80. *ἤλιτεν* Par. A. Heins. *ἤλιτ' ἐν* Mosq. 1. *ἤλιθεν* Ald. *εὐστέφανον* Schell. Rehd. Trinc.

vs. 81. *ἦλθεν* Mosq. 1. *Τίρυνθα* Flor. C. Par. B. G. (apud Rankium etiam D.) Voss. 1. 2. Mosq. 2. *Τίρυνθ'* Flor. F. Voss. *Τίρυνθος* Wintert., ut postea Ruhnkenius coniecit Ep. Cr. I. p. 242. Ceteri libri SS. et Edd., ut Diaconus, vulgatam tenent, quae non temere sollicitanda, cum *Τιρυνθόνδε* agnoscat Stephanus de Vrbibus in v. *Τίρυνς*. Conf. Rankius in App. Crit.

vs. 82. *Ἠλεκτρυῶνα* Trinc. *ἠλεκτρίωνα* Voss.

vs. 83. *ἤκετο* Flor. F. Med. d'Orv. Par. *m.* *δ'* omissum in Flor. F. *ἐς*, quod probavit Heinr., recepit Wolfius, exhibent Flor. A. D. F. Par. *m.* Mosq. 1. 2. Voss. Trinc.

vs. 84. *ἄρμενα*, ut Ald. et pleraeque antiquiores Edd., ita Codd. exhibent Itali mei omnes, ad Heinsianam a. 1603 collati (nam in Ed. a. 1613 in 8vo est *ἄρμενα*); apud Rankium etiam quatuor Parisini mei A. C. E. G., ex quibus tamen in collatione mihi facta non notatum id inveni. *ἄρματα* Emm.

vs. 85. *ἣ δίκη* Bav. Vit. Mosq. 1. 2. Trinc. Steph. Comm. Heins. cett. *ἢ δίκη* Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. *ἔθ'* pro *ἔσθ'* Flor. F. *ἱκέτῃ* Emm., quod probat Rankius, recepto *τῖον*, ut scripsit Heinsius, utque exhibet Flor. F, apud Rank. etiam Par. C (*τοῖον* Emm.); sed in talibus usurpatur fere numerus pluralis. *τίον* Heins. in Ed. a. 1613. *τίον δ' ἄρ* Bav. Ald. Iu. 1. 2. Frob. *τῖον δὲ κηρ.* Flor. F. *τίον δέ γε κηρόθι* Par. H. Harl. Med. d'Orv. Voss. *τίον σέ γε.* Mosq. 1, unde Rankio effici videtur altera praestabilior lectio *δέ ἑ. τηλόθι* pro *κηρόθι* Par. I. Bav. a pr. m. (sed mutatum ab altera in *κηρόθι*) Ald. Iu. 1. 2. Frob.

vs. 87. *ἐπιπλομένῳ ἐνιαυτῷ* Flor. A. Trinc. *περιπλομένων ἐνιαυτῶν* Par. D. G, ut Guietus maluerat, scripto *ἄμμε* pro *ἄμμες*, cuius sententiam probavit Osannus ad Philemonem. Conf. a me notata in Varr. Lectt. ad Th. vs. 493.

vs. 88. *γινόμεθ'* Flor. A. *γινόμεσθ'* apud Rank. Par. C. *ὔτε φυὴν* Par. K. *οὔτε φρένας* Par. A. Ald. Iu. 1. 2.

σός τε πατὴρ καὶ ἐγώ· τοῦ μὲν φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
ὃς προλιπὼν σφέτερόν τε δόμον σφετέρους τε τοκῆας
ᾤχετο τιμήσων ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα,
σχέτλιος· ἦπου πολλὰ μετεστοναχίζετ' ὀπίσσω,
ἣν ἄτην ἀχέων· ἡ δ' οὐ παλινάγρετός ἐστιν.
αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.
ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα
ἵππων ὠκυπόδων· μέγα δὲ φρεσὶ θάρσος ἀέξων
ἰθὺς ἔχειν θοὸν ἅρμα καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων,

VARIAE LECTIONES.

Frob. Farr. In Mon. Sch. est τοῦ μὲν φρένας· γρ. οὔτε φυὴν. ἐναλίγκιον Flor. D. Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. etiam Bav. a pr. m., ubi tamen, parte literae ν erasa, ι relictum est et interpretatio ὅμοιοι apposita. ἀλίγκιοι Emm. ἐναλίγκοι Voss.

vs. 89. Pro τοῦ Schol. Cantabr. apud Bass. τῷ. Abest μὲν a Voss.

vs. 90. σφέτερόν τε δῶμα Flor. C. Bav. a pr. m. Vit. Mosq. 2. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. τε ante τοκῆας excidit in Iu. 2. τοκυῖας Trinc.

vs. 91. ᾤχετο δ' ἀτιμήσων Par. K. Emm. ᾤχετο τὸ μήσων Par. A. ᾤχετο τομήσων Bav. a m. pr. Ald. Iu. 1. Frob. ἀλιτημένον Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr. ἀλητημένον Bav. ἀλιτιμένον apud Rank. Par. K. ἀλιτίμηνον Voss. ἀλιτήμηνον Mosq. 1. Med. d'Orv., quorum hic Εὐρυσθέα habet, ut Voss. et Par. m. Εὐρυσσῆα Trinc. Ceteri Codd. in vulgata lectione ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα consentiunt, pro qua Guietus ἀλιτήμερον Εὐρ. maluit, Bentleius et Heynius Εὐρυσθῆ' ἠλιτόμηνον. Guieti coniecturam in contextum receperunt Gaisf. et Dind. Sed vide infra Comm.

vs. 92. ἦπου μάλα Bav. Par. A. Ald. Iu. 1. Frob. μεταστοναχίζετ' Stobaeus IV. 36. μετὰ στοναχίζετ' Par. F. μεταστοναχίζετο Mosq. 2, sed superscripto εστο. μετάστομα (sic) χίζετο Par. B. μετέστονα χίζετ' Trinc. ὀπίσω Flor. C. F. Voss.

vs. 93. ἄταν Flor. C. Mosq. 2 (sed η superscripto ab recentiore manu). ἄτταν Vit. ὀχέων pro ἀχέων legendum coniiciebat Graevius ex Hom. Il. Φ. 300, quod in contextum recepit Dind. Sed vulgatam cum Stobaeo Codd. et Schol. h. l. tuentur, potestque accus. pendere a μετεστοναχίζετο. ἢ δ' οὐ Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Sic et Bav. a pr. m., pro qua recentior ἣ δ' οὐ, ut habent etiam Par. K. Vit. Trinc.

vs. 94. ἐπετείλατ' Flor. D. ἐπέτειλεν Flor. A. Ven. 2. Trinc. margo Stephani. ἐπέτελλεν Par. K. ἐπέτελλ' Neap. 1. Activo usus est Hesiodus Th. v. 995. Sed medium h. l. firmatur Homeri loco Od. Λ. 622.

vs. 95. ἡνία σιγαλόεντα Par. K.

vs. 96. ὠκυπέδων Ven. 1. δὲ abest a Par. H. θάρσον Ven. 1. ἀέξω Vit. Flor. B. ἀέξ$_{\omega}^{o}$ν eadem manu Flor. F.

vs. 97. ἰχθὺς pro ἰθὺς Mosq. 1. ἔχων Voss. Harl. ἔχ$_{\epsilon\iota}^{\omega}$ν Par. B.

μηδὲν ὑποδδείσας κτύπον Ἄρεος ἀνδροφόνοιο,
ὃς νῦν κεκληγὼς περιμαίνεται ἱερὸν ἄλσος
Φοίβου Ἀπόλλωνος, ἑκατηβελέταο ἄνακτος.
ἦ μὴν καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄαται πολέμοιο.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἀμώμητος Ἰόλαος·
Ἠθεῖ', ἦ μάλα δή τι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
τιμᾷ σὴν κεφαλὴν καὶ ταύρεος Ἐννοσίγαιος,
ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει ῥύεταί τε πόληα·
οἷον δὴ καὶ τόνδε βροτὸν κρατερόν τε μέγαν τε
σὰς ἐς χεῖρας ἄγουσιν, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι.
ἀλλ' ἄγε δύσεο τεύχε' ἀρήϊα, ὄφρα τάχιστα

VARIAE LECTIONES.

vs. 98. ὑποδδεὶς Par. H. Mosq. 1. ὑποδδεῖς Harl. ὑποδδείσης Voss.

vs. 99. ὃς καὶ νῦν Flor. B. Par. C. Ven. 1. κεκλαγὼς Mosq. 1. Ven. 1. Par. m. περὶ, μαίνεται Vit. non male, indice Rankio. Conf. Heyn. ad Il. X. 165.

vs. 100. ἑκατηβελέταο Flor. D. Bav.

vs. 101. καὶ abest a Par. D. G. ἀᾶται Vit. et in Mon. Schol. ἀᾶται· πληροῦται. ἆται Heyn. ad Il. E. 388. ἄσεται Flor. B. Offensus praesente pro futuro Guietus scribendum coniecit ἦ μὴν καὶ κρατερός περ ἀασσεῖται πολέμοιο, sed nihil emendatione opus.

vs. 102. τόν δ' αὖτε Schell. τὸν δ' αὖτε δὴ Mosq. 2. ἀμώμυτος Bav. Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr.

vs. 103. Ἦ θεῖ' ἦ, ut post Comm. dedit Heinsius, exhibet Bav. a pr. m., nescio an et Flor. A. B. D. Neap. 2, e quibus certe nihil enotatum inveni ab Heinsiana lectione discrepantiae. Ἠθεῖε· ἦ Flor. C. Par. B. C. F. Schell. Rehd. Harl. ὦ ἠθεῖε ἦ Flor. F. Par. H. Mosq. 1. Med. d'Orv. ὦ θεῖ' ἦ Ven. 2. Trinc. cum Diac. Stephani margo. ἠθεῖ' ἦ Ald. Iu. 1. Frob. ωθ. ει, η Iu. 2. Farr. ὦ ἠθεῖ' ἦ δή τι Voss. μάλα abest ab Harl. ἤδη τι Par. H. δῆτοι Flor. F. δή ῥα Par. B.

vs. 104. ἐνοσιγαῖος Par. C. H; apud Rank. etiam E. et G. ἐνοσίγεος Flor. F. ἐνοσίγιος Emm.

vs. 105. θήβας Flor. A. D. πόληας Flor. B. πολῆας Vit. Mosq. 2. Rehd. Cod. Havn. Etym. M. p. 537, 29 seqq. πόλησε Flor. C. πόλληα Voss.

vs. 106. κρατερὸν μέγαν τε Par. H. Mosq. 1. Med. d'Orv.

vs. 107. εἰς χ. Goettl. ἄρουσιν vitiose Trinc.

vs. 108. ἀλλ' ἄγε, ut recte iam Trinc. scripserat, utque e MS. Par. recipiendum suaserat Ruhnken. ad Hom. H. in Cer. v. 495 et receperunt hinc Gaisf. Boiss. Dind. Goettl., exhibent Par. C. E. K. (apud Rank. etiam G.) Vit. Mosq. 1. 2. Harl. In Italis meis omnibus, item Voss., est ἀλλά γε, ut est in Ald. et ceteris hinc Edd. ante Gaisf.

δίφρους ἐμπελάσαντες Ἄρηός θ' ἡμέτερόν τε
μαρνάμεσθ'· ἐπεὶ οὔτοι ἀτάρβητον Διὸς υἱὸν
οὐδ' Ἰφικλείδην δειδίξεται, ἀλλά μιν οἴω
φεύξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο,
οἳ δή σφι σχεδόν εἰσι, λιλαιόμενοι πολέμοιο
φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης.
Ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βίη Ἡρακληείη,
θυμῷ γηθήσας· μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπεν·

VARIAE LECTIONES.

δύσεο scripsimus secundum Flor. A. B. Par. C. K. Ven. 1. Voss. Trinc. Similiter Boisson. Dind. Goettl. δύσαιο Flor. F. δύσσαιο Mosq. 1. Par. m. Ceteri SS. δύσσεο, ut Ald. et hinc praeter Trinc. Edd. ante Boisson. τεύχε εὐρῆτα Flor. D.

vs. 109. ἐμπελάσοντες Vit. ἄρευς Mosq. 1. Par. m. Voss.

vs. 110. μαρνάμεθ' Flor. F. Par. E. K. οὔτοι, quod exhibent Flor. C. F. Par. A. C. (apud Rank. etiam E. et G.) Bav. Mosq. 2. Voss. Schell. Rehd. Harl. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Farr., praeferendum cum Bentleio et Hermanno duximus alteri multorum Codicum et Edd. lectioni οὔ τι. ἀταρβητὸν Emm. ἀτάρβυτον Trinc. διὸν pro υἱὸν Rehd.

vs. 111. οὐ Ϝιφικλείδην Bentl. Mihi ferri potuisse videtur δϜ, ut in septentrionalibus Europae linguis dw. δ' εἰδίξεται Par. A. Ald. Bas. 1. οἴω Par. A. (secundum Rank. etiam C. E. G.) Schell. Rehd. Trinc.

vs. 112. φεύξασθαι Flor. B. Par. I. Vit. Schell. Ἀλκίδαο Flor. A. D. Trinc. Ἀλκείδαο Par. m.

vs. 113. σφιν Flor. D. Par. C. F. K. Trinc. σχεδὸν εἰσι pro vulgato σχέδον εἰσι, vel, quod habent Trinc. Iu. 2. Farr. Benen., σχεδὸν εἰσὶ, recepimus e Par. C. H. Mosq. 1. Bene sic scripserat iam Pasor. πτολέμοιο Flor. B. In Vit. pro πολέμοιο est μάχης e glossa.

vs. 114. τά σφι Flor. B. Par. G. Mosq. 2. τάσφιν Par. K. φέρτερα Flor. B. C. F. Par. C. (secundum Rankium etiam A. E. G. K. m.) Bav. a pr. m. (ιλ in litura) Mosq. 1. 2. Med. d'Orv. Voss. Pal. Harl. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Bog. Benen. Farr. Sed φίλτερα Flor. A. D. Neap. 1. 2. Ven. 1. 2. et Parisinorum certe B. D. F. H. I. atque ita Trinc. Steph. et hinc omnes Edd.

vs. 115. ὥς φατο Trinc. μείδησε Flor. C. D. Par. C. Mosq. 2. Schell. Rehd. Trinc. Ἡρακλείη Neap. 1. Emm. Par. E. m. Mosq. 1. Voss.

vs. 116. μύθῳ pro θυμῷ Flor. A. D. Ven. 2. Trinc. Stephani margo, probante Graevio. Pro vulgata facit Hom. Il. H. 189. γηθήσας Emm. νύ abest a Flor. A. B. C. D. Par. C. F. G. I. Mosq. 2. Emm. Schell. Vratisl. οἱ a Flor. F. Med. d'Orv. ἄρμενα Bav. Ald. Iu. 1. 2. Trinc. Bass. εἶπε Flor. F. Vit. Schell. Rehd.

καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἥρως ὦ Ἰόλαε, διοτρεφές, οὐκέτι τηλοῦ
ὑσμίνη τρηχεῖα· σὺ δ', ὡς πάρος ἦσθα δαΐφρων,
ὣς καὶ νῦν μέγαν ἵππον Ἀρείονα κυανοχαίτην
πάντῃ ἀναστρωφᾶν καὶ ἀρηγέμεν, ὥς κε δύνηαι.
Ὣς εἰπὼν κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ,
Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα, περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε.
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε
καλόν, χρύσειον, πολυδαίδαλον, ὅν οἱ ἔδωκε
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός, ὁππότ' ἔμελλε
τοπρῶτον στονόεντας ἐφορμήσασθαι ἀέθλους.
θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον

VARIAE LECTIONES.

vs. 117. *ἀμοιβόμενος* Voss. *προσηῦδα* Vit.

vs. 406. πεαίρῃ ὑφ' Vit. κλάζοντ' ἐμαχέσθην Flor. B. κλάζοντες Flor. A. Vit. Med. d'Orv. Trinc. κράζοντες Par. H. Bav. Mosq. 1. κράζοντε Harl. Voss. μάχεσθον Flor. A. D. Par. E. G. H. Mosq. 1. 2. (sed in hoc ex corr. μαχέσθην) Med. d'Orv. Voss. Rehd. Trinc. μάχονται Par. B. C, et sic legisse Diaconus videtur. μάχησθον vel μάχωνται legendum Hermannus putat. Prius equidem cum Rankio malim.

vs. 407. ὀρεσινόμου Par. G. Rehd. καὶ pro ἢ Par. B. ἀγροτέρου Emm.

vs. 408. πιόνος et ἥν ἐδάμ. Par. C. ἥντε δάμασσε Bav. Voss. ἥντ' ἐδάμασε Flor. D. Par. m. Mosq. 1. 2. Schell. Rehd. Trinc. αἰξήϊος Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. αἰζηὸς Bav.

vs. 409. ἰῷ Par. A. Ald. ἰῶ Vit. ἰῶ Bav. ἀπὸ, ut scripserat iam Aldus, et hinc Iu. 1. 2. Frob., recepimus e Flor. B. D. Par. A. C. (apud Rank. etiam D. E. G.) Bav. Vit. Mosq. 1. 2. Schell. Rehd. Sic et Boisson. Dind. Goettl. ἄπον εὐρῆς Par. m. Quod in aliis SS. et Edd. est ἀπαὶ, debetur Grammaticis perperam de metro sollicitis. νεύρης Vit. ἀπαλλήσεται Par. A. F. Bav. Vit. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. 2. ἀπαλήσετο Neap. 1. Rehd. ἀπαλλήσετο Emm. ἀπαλήσατο, quod Goettlingio et Rankio placuit, Par. G. (ex corr.) Mosq. 1. 2. Schell. In Bas. 2. redditum *vagatus est*. ἀπανίσσεται Harl. Voss. e glossa, ut videtur. ἀπαχήσεται Etym. M. p. 42, 32, quo firmari vulgatum censet Hermannus, ἀπαλήσεται formam esse statuens epicam coniunctivi pro ἀπαλήσηται. Mihi videtur sic ferri posse vulgata, ut sit narrantis rem futuram post occisam ab inscio venatore feram.

vs. 410. χώρων Emm. ἄϊδρος Par. G. I. οἶδ' Schell. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Trinc.

vs. 411. ἐσσυμένως καὶ Par. A. ἐσσύμενος δὲ, superscripto ως, Med. d'Orv. ἀμφὶ abest a Par. B.

vs. 412. ὣς οἳ, ut scripserat sua

ἔνθ' ἤτοι Κύκνος μὲν ὑπερμενέος Διὸς υἱὸν
κτεινέμεναι μεμαὼς σάκει ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος·
οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν· ἔρυτο δὲ δῶρα θεοῖο.
Ἀμφιτρυωνιάδης δὲ, βίη Ἡρακληείη,
μεσσηγὺς κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἔγχεϊ μακρῷ.
αὐχένα γυμνωθέντα θοῶς ὑπένερθε γενείου
ἤλασ' ἐπικρατέως· ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε
ἀνδροφόνος μελίη· μέγα γὰρ σθένος ἔμπεσε φωτός.
ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ὅτε πέτρη
ἠλίβατος, πληγεῖσα Διὸς ψολόεντι κεραυνῷ·
ὣς ἔριπ'· ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

VARIAE LECTIONES.

manu Wolfius, cum Goettlingio recepimus, oblatum a Par. H. I. ὡς οἱ Par. C. ὡς οἱ Schell. κεκληγῶτες Flor. B. Harl. κεκληγότες Flor. D. Par. E. F. G. H. Bav. Vit. Mosq. 1. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass.

vs. 413. ἔκτ' Vit. ὑπερμένεας Par. I.

vs. 414. κτεινέμεναι Neap. 2. σάκει χάλκεον ἔγχος ἐλάσσας mire Ven. 2. σάκει χ. ἔγχ. ἐλάσας Trinc. σάκε' ἔμβ. χ. ἔγχ. Bav. (e corr.) Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. ἔβαλε Flor. D. Par. E. m. ἔλασε Neap. 1. ἤλασε Par. C. sed in marg. γρ. ἔμβαλε.

vs. 415. ἔρρηξε Flor. D. Par. G. Vit. Rehd. ἔρηξε Voss. Bav. ἔρρηζεν Schell. ἔρρυξεν Iu. 2. χαλκὸς Flor. D, quae, Tzetze teste, lectio vel correctio fuit Seleuci, χαλκὸς ad hastam referentis, quod scutum non ex aere, sed ex alia materia factum esset, unde etiam gl. Par. G. ἐπὶ τοῦ δόρατος. Sed vide infra Comm. χαλκὸς Par. E.

vs. 416. βίη Par. m. Ἡρακλείη Par. E. m. Mosq. 1. Voss. βίη Ἡρακληείη mendose Steph. Comm. Heins. Correxit Guietus.

vs. 417. τε omittit Trinc. ἔγχεϊ χαλκέῳ Neap. 1. ἔγχεϊ χαλκῷ Par. C. Sed in marg. γρ. μακρῷ.

vs. 418. αὐχένι Par. G. (sed α superscripto) Mosq. 2. Schell. Rehd. γυμνηθέντα Par. G. ὑπένερθεν Schell. γένειον Flor. A. Ven. 2. Trinc. τοῦ γενείου Bav.

vs. 419. Legendum Rankius putat ἐπικρατέως τ' ob Diaconi ταχέως καὶ ἰσχυρῶς; sed Codicum nullus addicit. κέρσαι Vit. τέρσε Emm. τενόοντε Voss. τένοντες Par. m, sed ς sublatum est. τένοντα Vit. τένοντας Par. C.

vs. 420. μελίη Par. A. ἔμπεσε σε Vit. ἔπεσε Par. E. H. m.

vs. 421. ἤριπέ δ' Ald. τις abest a Flor. D. Par. E. m. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. δρὺς Par. m. Schell. ἔριπεν Schell. Wintert. ἤ ὅτι πεύκη Flor. B.

vs. 422. ἠλίβατος Par. G.

vs. 423. ἤριπ' Par. C. Voss. Schell. Rehd. ἔριπ' Ald. Iu. 1.

τὸν μὲν ἔπειτ' εἴασε Διὸς καλλικάρδιος υἱός·
αὐτὸς δὲ βροτολοιγὸν Ἄρην ἐπιόντα δοκεύσας,
δεινὸν ὁρῶν ὄσσοισι, λέων ὣς σώματι κύρσας,
ὅστε μάλ' ἐνδυκέως ῥινὸν κρατεροῖς ὀνύχεσσι
σχίσσας ὅττι τάχιστα μελίφρονα θυμὸν ἀπηύρα·
ἐμμενέως δ' ἄρα τοῦγε κελαινὸν πίμπλαται ἦτορ·
γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινὸν πλευράς τε καὶ ὤμους
οὐρῇ μαστιόων ποσσὶ γλάφει, οὐδέ τις αὐτὸν

VARIAE LECTIONES.

vs. 424. εἴασεν Rehd. ἴασε Vit. ἔασε Voss. ἴασε (sic) Par. m.

vs. 425. Ἄρηα Flor. B. Neap. 2. Par. A. C. F. G. I. Emm. Vit. Pal. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. 2. ἄρεα Schell. προσιόντα Flor. B. Par. B. C. F. I. Vit. Emm. Pal. Voss. Bog. Schmidt. πρασιέντα Par. A. G. Neap. 2. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. 2. marg. Stephani. προϊόντα Flor. D. Par. H. Mosq. 1. Med. d'Orv. Vulgatam ἐπιόντα firmat Diaconus.

vs. 426. ὁρῶν Bav. ὁρῶν Vit. ὄσσοσι Flor. C. Schell. ὄσσοισι Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Bas. 1. Correxit iam Frob. σῶμά τι Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. 2. In Par. G. gl. πτώματι.

vs. 427. ὅς τε Trinc. ἐνδυκέως Flor. C. Schell. ἐνδικαίως Vit. ἐνδοκέως Par. E. Mosq. 1. ὀνύχεσσιν Flor. A. Bav. Trinc.

vs. 428. σχίσσας Flor. B. D. Par. B. C. (apud Rank. etiam E. G. m.) Bav. Mosq. 1. 2. Voss. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. 2. σίσας Flor. C. Par. F. I. Schell. ὅττι μάλιστα Par. E. m. Harl. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. ὅτι τάχ. Vit. Iu. 2. μελίφρονα Par. B. μελίφρα Par. F. ἀπηύρα Bav. ἀπηύρε Par. F.

vs. 429. ἐμμενέως coniunctim omnes SS. et hinc fere Edd., quod tametsi recte, ut adverbium, ab Hesychio expositum προθύμως, βιαίως, locum suum tueri potest in v. Theog. 714, tamen hic resolvendum esse in ἐν μένεος, ut scripsere Heinr. et Boisson., vel ἐμ μένεος, ut Dind. et Goettl., ut sit ἐμπίπλαται μένεος, satis constat e disputatione Heinrichii ad h. l., cui adsensi sunt Heyn. ad Il. Υ. 172, Hermann. l. c. p. 247. δ' ἄρα τοῦ Flor. C. Par. D. G. Schell. Rehd. πίμπλαται Flor. G. Par. D. G. Mosq. 2. Schell. Rehd. πίμπλανται Par. E. H. Mosq. 1. Med. d'Orv.

vs. 430. δ' omittit Par. C. ὄσσοισι Flor. B. C. D. Par. C. E. H. Bav. Voss. Vit. Schell. Rehd. δεινὸν abest a Flor. B. Vit. τε omittit Bav.

vs. 431. μαστιόων, probatum Heynio ad Il. l. c., receptum a Gaisf. Boisson. Dind. Goettl., recipiendum et ego duxi, oblatum a Par. C. E. H. Ven. 2. Vit. Emm. Mosq. 1. 2. Med. d'Orv. Schell. Rehd. Eius corruptela est σταστιόων in Par. G; cum glossa μαστιόων, μαστίζων habeat. μαστιχόων Par. A. I. Neap. 2. Bav. Mosq. 2. marg. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. 2. Stephani

ἔτλη ἐς ἄντα ἰδὼν σχεδὸν ἐλθέμεν οὐδὲ μάχεσθαι·
τοῖος ἄρ' Ἀμφιτρυωνιάδης, ἀκόρητος ἀϋτῆς,
ἀντίος ἔστη Ἄρηος, ἐνὶ φρεσὶ θάρσος ἀέξων,
ἐσσυμένως· ὁ δέ οἱ σχεδὸν ἤλυθεν, ἀχνύμενος κῆρ.
ἀμφότεροι δ' ἰάχοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.
ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ μεγάλου πέτρη πρηῶνος ὀρούσῃ,
μακρὰ δ' ἐπιθρώσκουσα κυλίνδεται, ἡ δέ τε ἠχῇ

VARIAE LECTIONES.

marg. Schmidt. μαστιγόων Bog. Comm. Heins. Graevius ex Pal., Clericus, Robins. Loesn. In Florentinis, ad Heinsianam collatis, nullam ab ea discrepantiam enotatam miror. ποσσὶν Par. C. ποσὶ Bav. Par. G. Mosq. 2. Rehd. ποδὶ Voss. γράφει Par. H. Mosq. 1. Med. d'Orv. γλύφει Emm. αὐτοῦ Harl. Robins. Loesn.

vs. 432. ἔσαντα Par. B, et sic Wolf. Heinr. mg. Dind. Goettl. Apud Homerum coniunctim scriptum legitur Il. P. 334, Od. X. 143, O. 532, Π. 458, variantibus tamen ibi scriptis. Vid. Heyn. ad Il. l. c. Equidem secundum Hesiodi Codd. plerosque et Edd. tantum non omnes disiunctim scribendum censui, ut sit ἐς ἄντα ἰδὼν pro ἐσιδὼν ἄντα. Dixit ἄντα ἰδεῖν Hesiod. Th. 700; ἄντην ἰδέειν Callim. H. in Dian. 63, ubi vid. Graev. Bav. ἐξ ἐναντίας, et in marg. γρ. ἐς ἄντα.

vs. 433. Ἀμφιτρυωνιάδης Emm. Ἀμφιτρυονιάδης Trinc. αὐδῆς Flor. B. αὐτῆς Voss.

vs. 434. ἀντίον Flor. B. Ἄρειος ἔστη Flor. A. B. C. D. Par. B. E. H. (apud Rank. etiam D. G.) Vit. Voss. Mosq. 1. 2. Harl. Med. d'Orv. Schell. Rehd. Trinc. Ἄρηος ἔστη Bav. θάρσος Flor. C. Par. A. F. Ald. Iu. 1. 2.

vs. 435. ἤλυθ' Par. C. ἀχθόμενος κῆρ Flor. D. Par. E. H. Harl. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. κῆρ Vic.

vs. 436. δ' ἰάχοντες Bav. ἐπαλλήλοισιν Rehd.

vs. 437. ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ Flor. B. ἀπὸ pro ὑπαὶ etiam hic cum Gaisford. aliisque recentioribus scripsimus secundum Flor. B. C. D. Neap. 1. Par. C. E. (apud Rank. etiam D. G.) Bav. Vic. Mosq. 1. 2. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. Schmidt. Winter. ὑπαὶ ex Trinc. receperunt Bog. Steph. Comm. Heins. alii. μεγάλης πέτρης Voss. ὀρύσῃ Flor. A. B. Neap. 1. Ven. 1. Par. C. Trinc. Iu. 2. Stephani marg. ὀρούσῃ legendum censuit idem Guietus, favente Diaconi explicatione ὁρμήσῃ, et sic Par. B. In contextum receperunt Heinr. Wolf. Boisson. Goettl., quos secutus sum. ὀρούσας habent Mosq. 1. Med. d'Orv. ὀρούσῃ (sic) Par. E. ὀρούσας Par. m. ὀρούσαι Voss. Reliqui Codd. ὀρούσει, ut Ald. Iu. 1. Frob. Bas. Bog. Steph. alii, recentiorum etiam Gaisf. et Dind.

vs. 438. μακρὰ δ' Ald. Trinc. μακρὰ ἐπιθρώσκ. Guietus, quod recte improbat Heinrich. ἡ δέ τε Par. m. Rehd. ἡ δὲ μέγ' ἠχῇ legendum censuit Wakefield. Silv. Crit. I. p. 20.

ἔρχεται ἐμμεμαυῖα· πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν
ὑψηλός, τῷ δὴ συνεχέεται, ἔνθα μιν ἴσχει·
τόσσῃ ὁ μὲν ἰαχῇ βρισάρματος οὖλος Ἄρης
κεκληγὼς ἐπόρουσεν· ὁ δ' ἐμμαπέως ὑπέδεκτο.
αὐτὰρ Ἀθηναίη, κούρη Διὸς αἰγιόχοιο,
ἀντίη ἦλθεν Ἄρηος, ἐρεμνὴν αἰγίδ' ἔχουσα·
δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἆρες, ἔπισχε μένος κρατερὸν καὶ χεῖρας ἀάπτους·
οὐ γάρ τοι θέμις ἐστὶν ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι

VARIAE LECTIONES.

ἢ δέ τε ἠχῇ Hermannus, favente Schell. Reliqui Codd., quod sciam, omnes, ἢ δέ τε ἠχὴ; sed, cum iota subscriptum facile hic quoque per negligentiam omitti potuerit, propositam ab Hermanno, ut item ab Heinrichio in marg., emendationem in contextum recipere non dubitavi. Suadet enim comparationis ratio, ut ἡ δὲ ad petram referatur cum fragore advenientem.

vs. 439. ἔρχετ' Par. G. ἔρχεται (ται supra scr.) Med. d'Orv. ἐμμεμαυῖα Emm. ἐν μεμαυῖα apud Rank. Par. C. ἀντεβόλησεν Bav. ἀντεβόησεν Flor. D.

vs. 440. ὑψηλὸς Schell. ὑψιλὸς Trinc. συνεχέεται Voss. συνεχύνεται Vit., unde Hermannus legendum coniecit τῷ δὴ συνενήνεκτ', ἔνθα μιν ἴσχει. Est sane συνεχείεται inter ἅπαξ λεγόμενα, neque tamen ideo sollicitandum. Ab Ionico συνεχέω est συνεχείκασιν apud Herod. VII. 151. Alia dabit Koen. ad Greg. Cor. de D. I. § 68. ἔνθά μιν Bog. Steph. Schmidt.

vs. 441. τόσση, iota non subscripto, Par. C. G. m. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Wintert. τόσσον Par. I. τῶς ὁ μὲν Par. B. Articulus mihi non magis placet, quam Goettlingio. Fuisse puto τόσσῃ μὲν Fιαχῇ. Est ἰαχὴ in Vit. ἰαχῇ in Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Trinc. βρυσάρματος Bav. φρισάρματος Bas. 3. οὔλιος Mosq. 1.

vs. 442. ἐμμαπέως Emm. ἐπόρουσεν Iu. 2. Frob. ἐπόρουσεν Mosq. 2. sed in marg. γρ. ἐπόρουσεν, ἐπάρουσε Par. C. ἀπόρουσεν Bas. 3. ἀπέδεκτο Vit. ὑπάδεκτο Par. G.

vs. 443. Ad αἰγιόχοιο Par. B. in marg. γρ. ἐχυθυαῖα.

vs. 444. ἀντί ἦλθεν Par. E. Mosq. 1. ἀντὶ ἡ ἦλθ' Ἄρ. Trinc. ἦλθ' Ἄρηος etiam Flor. A. Par. D. G. Ἄρεος Par. G. Schell. Rehd. ἐρεμνὴν omnes SS., ut Edd., sed ἐρυμνὴν legisse Diaconus videtur, exponens στιβαράν.

vs. 445. ἰδοῦσα Vit. Par. G. Schell. Rehd. Recte. Fuit ἰδοῦσα Fέπεα. προσηῦδα Par. A. Bav. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass.

vs. 446. Ἄρες Rehd. Trinc. ἐπίσχες Par. F. G. Vit. Mosq. 2. Emm. Schell. Rehd. Ven. 2. Trinc.

vs. 447. οὐ γάρ τι Bav. ἐστὶ Schell.

Ἡρακλέα κτείναντα, Διὸς θρασυκάρδιον υἱόν·
ἀλλ' ἄγε, παῦε μάχης, μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο.
Ὣς ἔφατ'· ἀλλ' οὐ πεῖθ' Ἄρεος μεγαλήτορα θυμόν.
ἀλλὰ μέγα ἰάχων, φλογὶ εἴκελα τεύχεα πάλλων,
καρπαλίμως ἐπόρουσε βίῃ Ἡρακληείῃ,
κακτάμεναι μεμαώς· καί ῥ' ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος
σπερχνόν, παιδὸς ἑοῦ κοτέων πέρι τεθνηῶτος,

VARIAE LECTIONES.

ἀποκλυτὰ Vit. Schell. Rehd. ἀπόκλητα Trinc. δύσαι Par. G. Mosq. 2. Schell. Rehd. δύσσαι Vit.

vs. 448. τρασικάρδιον Ven. 2. Trinc.

vs. 449. ἀλλά γε Par. E. Schell. Voss. παῦσαι Flor. D. Par. E. H. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. μὴ δ' Schell. Trinc. μηδ' Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bog. μάχη Ald. Iu. 1. 2. μάχῃ Bas. 1. ἵστασθ' Par. F. ἵστασαι Vit. ἵστασ' Bav. ἐμοῖο Par. E. in m. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss. Trinc. Robins. Loesn.

vs. 450. πεῖθ' Bav. πεῖθεν Flor. G. Par. D. G. Vit. Schell. Rehd. πεῖθεν' Harl. Ἄρεος cum Goettlingio restitui, oblatum a Flor. G. Par. C. D. E. G. Bav. Mosq. 1. 2. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Trinc. Steph. (πεῖθεν Ἄρεος praefert Rankius, conferri iubens Muetzell. de em. Th. p. 107.) Ἄρηος Flor. B. Pal. Par. I. Ἄρης Harl. Ἄρεως reliqui SS. et Edd. μεγαλήτορα θυμῷ Harl.

vs. 451. μέγ' ἰάχων Flor. B. Par. A. B. I. Mosq. 2. (ab sec. manu, e rasura deleto) Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Bog. μεγάλ' ἰάχων Bav. Voss. μέγ' ἰάχων Schmidt. Fuit. μέγα Fιάχων. Conf. supra vs. 382, 404. ἴκελα Flor. A. B. C. D. Par. A. E. G. H. I. Bav. Vit. Mosq. 2. Voss. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Trinc. ἴκελα Mosq. 1. Schell.

vs. 452. καρπάλιμος Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Schmidt. ἀπόρουσε Mosq. 1. ἐπόρουσεν Mosq. 2. βίη Ἡρακληείη Par. A. Bav. Schell. Rehd. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Correctum iam in Bas. 1. Bog. βίη Ἡρακλείη Par. E. H. Voss.

vs. 453. κακκτάμεναι Par. C. Boissom. κατάκταμεναι Emm. κἀκτάμεναι Schell. κατακτάμεναι Par. E. H. Mosq. 1. Med. d'Orv. ἔβαλε Par. I. Voss. ἔβαλλε Vit. Emm.

vs. 454. σπερχνόν (in marg. γρ. σπερχνόν) Par. C. σπερχνὸν Voss. παιδὸς ἑοῦ pro vulgato ἑοῦ παιδὸς cum Dindorfio recepi, oblatum a maiori parte Codicum, Flor. B. C. D. Par. A. C. D. E. G. H. I. Emm. Harl. Bav. Vit. Mosq. 1. 2. Schell. Rehd.; Editionum etiam Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bass. Bog. Schmidt. κοτέων Trinc. κοτέων Heins. περιτεθνειῶτος Par. G. περὶ τεθνειῶτος Flor. D. Par. H. Bav. Mosq. 1. περὶ τεθνηῶτος, ut cum Wolfio et Goettlingio scripsimus, Codicum unus, quod sciam, Par. C. Reliqui omnes περὶ τεθνειῶτος, ut Aldus et hinc vulgo Edd.

ἐν σάκεϊ μεγάλῳ. ὑπὸ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἔγχεος ὁρμὴν ἔτραπ' ὀρεξαμένη κτέα δίφρου.
δριμὺ δ' Ἄρη' ἄχος εἷλεν· ἐρυσσάμενος δ' ἄορ ὀξὺ
ἔσσυτ' ἐφ' Ἡρακλῆα κρατερόφρονα· τὸν δ' ἐπιόντα
Ἀμφιτρυωνιάδης, δεινῆς ἀκόρητος ἀϋτῆς,
μηρὸν γυμνωθέντα σάκευς ὑπὸ δαιδαλέοιο
οὖτα κατ' ἐγκρατέως· διὰ δὲ μέγα σαρκὸς ἄραξε
δουρὶ νωμήσας· ἐπὶ δὲ χθονὶ κάββαλε μέσσῃ.
τῷ δὲ Φόβος καὶ Δεῖμος εὔτροχον ἅρμα καὶ ἵππους
ἤλασαν αἶψ' ἐγγὺς καὶ ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης

VARIAE LECTIONES.

vs. 455. σάκει Par. C. Voss.

vs. 456. ὁρμὴν Bas. ἔτραπεν Vit. ὀρεξαμένη Flor. A. C. Par. D. G. Schell. Rehd. ὀρεξαμένη Trinc.

vs. 457. δριμὺ δ' ἄρ' ἄχος εἷλεν Voss. δριμὺς δ' Vit. δριμὺ δ' Ald. Iu. 1. 2. Frob. Ἄρη' Flor. B. Par. A. B. D. F. G. I. Vit. Schell. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Ἀρῆ Bas. Mosq. 2. Rehd. ἄρ' Flor. D. Par. E. H. Mosq. 1. Med. d'Orv. Ἄρης Emm. ἔγχος pro ἄχος Emm. ἔγχεν pro εἷλεν Flor. A. Trinc. Stephani marg. Post εἷλε ἐρυσσάμενος. Ἐκ ἐρυσάμενος in Flor. B. D. Par. C. E. G. H. Mosq. 1. 2. Voss. Emm. Schell. Rehd. ὀρεξάμενος pro eo in Flor. A. Trinc. et Stephani marg.

vs. 458. ἔσσυτ' Par. m. Ἡρακλῆα κρατερόφρονα e Par. B. et Diacono post Heinrichium et alios recepi pro vulgato Ἡρακλῆι (Ἡρακλεῖ Bas. 2. Schmidt.) κρατερόφρονι. In Par. D. est καρτερόφρονι.

vs. 459. ἀκόρητος Neap. 1. αὐτῆς Voss.

vs. 460. γυμνωθέντα Trinc. σάκεος Vit. σάκους Gaisford. ὑποδαιδαλέοιο Par. H. ἀπὸ Guietus.

vs. 461. σαρκὸς pro vulgato σάκος etiam hic rescripsi secundum Par. B. H. Harl. Mosq. 1. Med. d'Orv. Voss., et metro sic flagitante et praecedente versu, tum collato v. 364. σάκος Bog. σάκεος Thierschius. ἄραξεν Flor. A. Neap. 1. Trinc. Steph. Comm. Heins. Sic etiam Vit. a pr. m. ἄρηξεν, at corr. ἄρηξε Flor. C. ἤραξε Par. D. ἔραξε Par. L. Schell. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1.

vs. 462. νωμήσαν Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. νωμήσας Rehd. Trinc. νομίσας Bas. κάμβαλε Flor. B. Par. B. E. (apud Rank. etiam G, m.) Mosq. 1. Voss.

vs. 463. τῷδε Schell. τῷ δὲ Trinc. Δεῖμος καὶ Φόβος Flor. A., et hinc, ut videtur, Trinc. εὔτροχον Flor. A. Par. G. Voss.

vs. 464. ἤλασεν Flor. D. Par. E. m. Med. d'Orv. Voss.

ἐς δίφρον βῆσαν πολυδαίδαλον· αἶψα δ' ἔπειτα
ἵπποις μαστιέτην· ἵκοντο δὲ μακρὸν Ὄλυμπον.
υἱὸς δ' Ἀλκμήνης καὶ κυδάλιμος Ἰόλαος,
Κύκνου συλήσαντες ἀπ' ὤμων τεύχεα καλά,
νίσοντ'· αἶψα δ' ἔπειτα πόλιν Τρηχῖνα ἵκοντο
ἵπποις ὠκυπόδεσσιν. ἀτὰρ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἐξίκετ' Οὔλυμπόν τε μέγαν καὶ δώματα πατρός.
Κύκνον δ' αὖ Κήϋξ θάπτεν καὶ λαὸς ἀπείρων,
οἵ ῥ' ἐγγὺς ναῖον πόλιος κλειτοῦ βασιλῆος,
Ἄνθην Μυρμιδόνων τε πόλιν κλειτήν τ' Ἰαωλκὸν
Ἄρνην τ' ἠδ' Ἑλίκην· πολλὸς δ' ἠγείρετο λαός,

VARIAE LECTIONES.

vs. 465. πολυδαίδαλον Voss.

vs. 466. μαστίετην Par. F. μαστιέτον Neap. 2. μαστυγέτην Emm.!, apud Rank. Par. C.

vs. 468. Κύκνου Emm. ἐσκύλευσαν καὶ ἀπὸ Par. B. σκυλεύσαντες, ut Editionum Trinc. Comm. Heins. Wintert. Graev. Robins. Loesn. Goettl., ita cum Diaceno Codd. exhibent Flor. A. B. C. D. Par. C. D. E. F. G. H. I. Vit. Mosq. 1. 2. Voss. Schell. Sed in Parisini C. et Mosq. 2. margine scriptum est γρ. συλήσαντες, ut habent Neap. 2. Par. A. Bav. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. Bog. Schmidt. Praeferendum hoc duxi cum Hermanno l. c. p. 219, ut magis epicum.

vs. 469. νεῖσοντ' (in margine γρ. νίσσοντ') Par. C. νήσσοντ' Vit. νίσσοντ' Schell. Τρηχῖνος Par. H. Bav. Bog. Τραχῖνον Par. A. Ald. Iu. 1. 2. Frob. Conf. supra notata ad v. 81.

vs. 470. αὐτὰρ Flor. C. D. Par. B. C. D. E. G. H. Vit. Mosq. 1. 2. (a pr. m.) Schell. Rehd.

vs. 471. Ὀλύμπου δὲ Flor. B. Ceteri fere omnes Οὔλυμπόν τε. Primus Οὔλυμπόνδε scripsit Graevius, quem secuti sunt Clericus, Robins. Loesn. Heinrichius.

vs. 472. Κῆϋξ Par. B. H. I. apud Rank. etiam G. K. Κήϋξ Vit. Iu. 2. θάπτε Flor. C. D. Par. E. in. Bav. Vit. Mosq. 1. Voss. Schell. Rehd.

vs. 473. οἵ γε Iu. 2. ναῖον Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. πόλιος Par. B. C. D. E. G. H. Vit. Mosq. 1. 2. (a pr. m.) Schell. Rehd. πόλιας Par. A, I. Bav. Mosq. 2. a sec. m. Ald. Iu. 1. Frob. Bas. 1. Schmidt. Wintert. πόλειας Voss. Iu. 2. κλειτὰς Voss. κλυτοῦ Iu. 2.

vs. 474. Ἄντην Steph. et hinc alii; correxit Clericus. Μυρμιδόνων Vit. et κλυτήν τ'. Abest τ' a Voss. Ἰωλκὸν Flor. C. Ἰαολκὸν Par. A. B. Schell. Ἰαωλκὸν Flor. D. Par. E. H. Mosq. 1. Med. d'Orv. Ἰαωλκὸν Vit. Ἰαολκὸν apud Rank. Par. C.

vs. 475. Ἑλίκην Ald. Iu. 1. 2. Frob. Bas. 1. πολλὰς Flor. B.

COMMENTARIVS

IN

HESIODI SCVTVM.

COMMENTARIVS

IN

HESIODI SCVTVM.

COMMENTARIVS

IN

HESIODI SCVTVM.

ΗΣΙΟΔΟΥ ΑΣΠΙΣ. Hesiodo poëma hoc, ut cetera ei tributa praeter Ἔργα, abiudicarunt Boeoti, teste Pausania IX. xxxi. 4. Ex veteri Scholio, cuius copiam nobis iam Aldus in editione sua fecit, suspicatum esse discimus Aristophanem Grammaticum non esse illud Hesiodi, verum alterius poëtae, Ὁμηρικὴν ἀσπιδοποιΐαν aemulati. Longinus περὶ ὕψ. IX. 5 versum ex Scuto citans, addit εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον. Refertur inter ψευδεπίγραφα ab Dionysio Thrace apud Villoison. Anecdd. Gr. p. 174 et Bekker. p. 672. At genuinum, teste supra citato Scholiasta, habuerunt Megacles Atheniensis, Apollonius Rhodius, Stesichorus. Horum ignotus nobis Megacles. Sed mihi cum Heinrichio videtur peccatum in nomine fuisse, quod ab Scholiasta scriptum fuerat Μεγακλείδης, qui criticus, teste Athenaeo XII. p. 502 E, poëtas post Homerum et Hesiodum res Herculis tractare aggressos reprehenderat, cuiusque in Homeri ὁπλοποιΐαν animadversionem memorat Schol. ad Il. Π. 140. Esse, quod me monuit Hullemannus, Vir doctissimus, eius critici peius etiam corruptum nomen in Μενεκλείδης et Μενεκλῆς, apparebit conferenti Schol. V. cum Schol. A. ad Il. X. 205, et Schol. ad Il. X. 36 cum Schol. ad E. 640. Apollonius Rhodius Ἀσπίδα Hesiodi carmen esse censuit ἔκ τε τοῦ χαρακτῆρος καὶ ἐκ

1*

τοῦ τὸν Ἰόλαον ἐν τῷ Καταλόγῳ εὑρίσκειν ἡνιοχοῦντα τῷ Ἡρακλεῖ. Statuit scilicet etiam Κατάλογον esse Hesiodi. Stesichorum Heinrichius certe clarum poëtam lyricum non fuisse dicit: nimis audacter, ni fallor. Quidni potuit Hesiodum, ut Pindarus Isthm. VI. 98, ita Stesichorus citare, qui, si verum est, quod Athenaeus tradit XII. p. 512 fin., Herculem ab eo primum clava et leonis exuviis instructum fuisse, fortasse Hesiodum perstrinxerat, quod tam multus fuisset in clypeo Herculis describendo, cuiusque carmen Cycnus certe in eodem argumento, atque Hesiodo tributum hoc, versatum est. Conf. Markscheffelius p. 149. Sitne Apollodoro tribuenda, quae nunc exstat apud eum II. IV. 2, mentio Hesiodi ἐν τῇ Ἀσπίδι cum citatis Scuti vv. 226 seq., dubium videatur ob ea, quae in nota subjecta scripsit Heynius. Sed Athenaeus certe IV. p. 180 Scuti versum 195 citans, eius auctorem edit Hesiodum. Tum et Strabo VIII. p. 385 scribens: Ἡσίοδος δὲ καὶ ἄλλης Ἑλίκης μέμνηται Θετταλικῆς, omnino videtur versus Scuti 381 et 475 respexisse.

Veterum etiam, sed supra memoratis multo iuniorum, Scuti auctorem citatis ex eo versibus Hesiodum agnoscunt Io. Philoponus in Anal. poster. p. 82, 6; Stobaeus IV. 36; Suidas in v. ὁπλή et in v. ἴδει; Etym. M. p. 42, 31, p. 366, 43, p. 436, 52, p. 465, 39, p. 487, 42, p. 495, 30, p. 513, 1, p. 634, 40, p. 615, 41, p. 650, 54, p. 695, 56, p. 721, 18, p. 745, 3, p. 760, 46, p. 796, 1; Eudocia in Viol. p. 264; Zonaras p. 864, p. 1147. Tum et Schol. ed. in Apollon. Rh. I. 747; Schol. in Aristoph. Acharn. 748 (740), in Av. 1434 (1426), in Ran. 990 (994); Schol. in Soph. Antig. 1180, Trach. 39; Schol. ad Lycophr. 1124; Schol. ad Theocr. Id. A. 48; Schol. Ven. B. ad Il. Θ. 349, B. ad Il. Λ. 36, A. ad Il. Σ. 100; Schol. Victor. apud Heyn. T. VIII. ad Il. Ψ. 346; Eustath. ad Hom. p. 518, 26,

p. 1113, 14, p. 1154, 39, p. 1160, 46, p. 1257, 54, p. 1363, 54, p. 1480, 20.

Recentiores autem magno numero ac nostra quidem aetate tantum non omnes ita in Aristophanis Grammatici et Longini partes transierunt, ut neque in eorum suspicione seu dubitatione subsisterent, sed plane Scutum non esse Hesiodi pronunciarent. Iam Ios. Scaliger in Ep. 247 ad Salmas. p. 50 carmen illud Ascraeo poëtae abiudicavit. Similiter deinceps alii, in quibus Vir Doctus in Misc. Obss. Vol. II. p. 314, cuius argumentis primum se opposuit alius V. D. in Vol. seq. p. 71 seqq., deinde Robinsonus in Diss. de Hesiodo, sed quibus posteriorum, quod sciam, nemo adsensus est, cum in hac re plurimum valuisset principum in his literis Virorum, Heynii, Wolfii, I. H. Vossii, ab Robinsono dissentientium auctoritas. Ceterum, ut magnus hodie est eruditorum consensus in negando Scutum opus esse Hesiodi, ita in definienda carminis origine, vel aetate, mirus est eorum dissensus. Adstipulatus Heinrichius est Scaligero referenti illud ad aetatem Onomacriti, Solonis, Tyrtaei. Goettlingius ad vs. Scuti 217 totam clypei descriptionem vv. 141—317 poëtae alicuius Alexandrini esse credit, nulla sic ab Apollonio Rhodio proditae sententiae ratione habita. At vero Thierschius (de Hesiodo. p. 27) descriptionem Scuti antiquius esse carmen putat, cui deinde reliqua addita ab rhapsodis fuerint. Marckscheffelius p. 139 et 151 ut Eoeas, ita Scutum ad aetatem refert inter Olymp. XXX et XL. Rankius autem, quo certe nemo accuratius et subtiliore iudicio quae praecipue in quaestione hac consideranda sunt tractavit, p. 371 poëma hoc non pro parte, sed totum Homero et Hesiodo recentius, attamen certe haud infra trigesimam Olympiadem collocandum statuit.

Mihi in re tam obscura lux potissimum ex ipso car-

mine petenda videbatur. Quid inde collegerim, exponam.

Carminis Auctorem ex antiquiorum aetate epicorum poëtam arguere mihi videtur constans ferme in illo observatio digammatis. Cernitur ea in vv. 22 bis, 23, 34, 38 bis, 54, 58, 100 bis, 117, 125, 140, 165, 166, 179, 215, 224, 226, 228, 244 bis, 297, 313, 318, 323, 330, 348, 354, 355, 359, 371, 374, 390, 392, 432, 438, 439, 441, 445, 451 bis, 467. Quibus autem in locis neglectum digamma apparet, eorum in plerisque facilis est observati a poëta restitutio. Videantur versus 11, 196, 251, 283, 326, 335, 382, 445, quaeque ad illos sub contextu notavimus; neque ὀϊζύος ἴδριες in v. 351 difficultatem habet, si crasis vocalium υο admittatur, neque est ut ad κρατὶ δ' ἐπ. ἰφθίμῳ in v. 136 offendamur, cum apud Homerum etiam pluribus in locis digamma in ἴφθιμος neglectum observetur. Sola igitur difficultatem adhuc exhibent in v. 393 κυανόπτερος ἤχετα, in v. 404 δεινὴ δέ σφ' ἰαχή.

Pro antiquitate poëtae pugnat etiam, quod in eius carmine Hercules inducitur, non, ut apud recentiores, pelle indutus leonina, nec nisi clava armatus, sed iis instructus armis, quibus etiam apud Homerum heroes instructi prodeunt, quodque arma, ut Herculis, ita quoque Cycni et Martis passim memorantur, qualia antiquo tempore apud Graecos fuerunt, aerea. Vid. vv. 135, 222, 414 seq., 453.

Ab recentiore poëtarum cyclo nescio an nostrum etiam seiungat diversa de causa caesi ab Amphitryone Electryonis traditio. Conferantur a nobis dicenda infra ad v. 11 seq.

Scuti Auctorem Boeotorum regionis incolam indicat, ni fallor, tum quod eius caput Thebas, septem portarum urbem prae aliis in Graecia inter clypei ornamenta esse voluit vv. 270 seqq., idem disertius Θήβην et tutelarem

eius Deum taureum Neptunum memorans v. 205 seq., tum forma plane Boeotica sive Aeolica λαγός v. 302.

Auctorem Ἔργων ab Scuti Auctore non diversum haud sine veri specie tibi informes hinc, quod in Scuti vv. 393 seqq. pugnae inter Herculem et Cycnum gestae tempus designatur per illud, quod in re rustica certo anni tempore contingit. Levius est, sed tamen animadvertendum, quod in utroque carmine certus quidam famis effectus poëtae menti sic obversatus est, ut eximie notatu dignus ei videretur. Vide Ἔργ. v. 497, Sc. v. 265 seq.

Eundem Scuti et Theogoniae Auctorem similiter colligas e respondentibus pene ad verbum sibi invicem versibus Theog. 530 seq., Sc. 103 seq.; Th. 954, Sc. 28; Theog. 951, Sc. 94 et 127, ut recte iam observatum ab Rankio p. 358.

Accedit, quod item scite observatum ab eodem p. 355, vocabula plura, quae in Homero non exstent, in Hesiodeis autem Ἔργοις et Theogonia vulgaria sint (videatur horum recensus apud eum d. l.), passim in Scuto recurrere.

Haec cum reputo, minime omnium probabilis mihi videtur Goettlingii ad Sc. v. 217 edita sententia, probabilior illa Rankii et Marckscheffelii, praeferenda quoque haec ei quae, ab Scaligero primum orta, hinc tum aliis tum novissime Heinrichio placuit. Sed cum tota fere antiquitas ita in agnoscendo Scuti Auctore Hesiodo consenserit, ut ex ea pauci, qui dissenserint, intra suspicionem ac dubitationem substitisse memorentur, puto equidem nobis quoque non esse procedendum ulterius. Nondum persuasum mihi fit, plus tribuendum esse iudicio Wolfii in Animadv. ad Scutum apud Rankium p. 72, profitentis sibi in isto poëmatio nunquam quicquam coloris vere Hesiodei suboluisse, quam Apollonii Rhodii, poëma Hesiodeum esse ἐκ τοῦ χαρακτῆρος statuentis. Quae Viris Doctis in carmine visa sunt recentiorem, quam Hesiodi, spirare aetatem (col-

legit nonnulla eorum Heinrichius in Prolegg. p. LIX), de iis singulis dicam suo loco, nunc satis habens dicere non magni ponderis ea mihi videri. Scuti Auctorem rhapsodum fuisse ipsa carminis fabrica evidentissime arguit. Namque ut ex Scholio supra memorato discimus, primi versus eius 56 ex Eoeis sumti sunt. His subiuncta est narratio de pugna Herculis et Cycni, quae, si, quod non fugit Goettlingium, demantur inde versus, quibus Scuti descriptio continetur, per se subsistere sola possit. Descriptio illa mediae narrationi interiecta est. Factum id Heinrichius Prolegg. p. LXV seq. statuit a rhapsodo, »qui, cum ab alio »recitatam Homeri ἀσπιδοποιΐαν magno auditorum plausu »acceptam animadvertisset, inde imitandi studio accensus »simili descriptione celebrandum sibi censuerit scutum »Herculis famigeratissimi tum per Graeciam herois, maxime »autem Thebis; itaque recitaverit eam in ludis in ipsa The»barum vicinia institutis, cui commodam rei experiundae »occasionem praebuerint ipsae Ἠοῖαι ad certamina musica »ex more adhibitae, ex quo integro poëmate decerptus ipsi »locus de Alcmena et Herculis natalibus, sed non totus, »verum eo tantum perductus, quo ad fabulam de pugna »Herculis cum Cycno et herois πανοπλίαν splendide exor»nandam qualiscunque transitus esset." In his nihil est, quod non probabiliter dictum mihi videatur. Sed addo, nihil adhuc mihi videri magnopere obstare, quominus rhapsodus ille haberi possit ipse Hesiodus, quem πρῶτον ῥαψῳδῆσαι traditum est antiquitus (vid. Schol. ad Pind. Nem. II. 1) quemque ipsius testimonio Ἔργ. 654 seq. cognovimus ludi certamen obiisse, quod ut ibi memorata occasione fecit, vero simile est saepius eum fecisse. Atque in eam opinionem concessisset fortasse ipse Heinrichius, benignius, ut liquet ex iis, quae d. l. p. LXVII scripsit, quam Wolfius et alii VV. DD. de hoc poëmate sentiens,

nisi nimium motus fuisset iis, quae γνησιότητι carminis obiecta ab aliis memorat p. LIX.

In Catalogo et Eoeis quin multa interpolata fuerint iam antiquitus, non equidem ambigo. Attamen nihil in iis Hesiodeum fuisse minime constare arbitror, neque de ea re persuasum plerisque veterum fuisse, ut certe non fuit Apollonio Rhodio, non Hermesianacti, fortasse neque Aristophani Grammatico, cuius in citato Scholio prolatum iudicium mihi, ut Heinrichio et Rankio, pertinere ad solam descriptionem clypei videtur. Iam in iis, quae sunt in carmine desumta ex Eoeis, non video equidem quid tantum ab Hesiodeo colore differat, ut non ab illo poëta proficisci potuisse censendum sit. Sed neque diversi mihi coloris esse videntur, quae in carmine exstant versibus 57—141, quaeque sunt post descriptionem clypei usque ad finem carminis. Liceat mihi sic modeste discrepare ab aliis, quamvis sint in iis Viri in literis principes, vel, si malis, liceat mihi in tantis rei antiquissimae tenebris dubitare et σκέπτεσθαι etiam nunc, ubi plures tam certam et claram lucem sibi obortam existimant, ut nullus amplius dubitationi locus supersit.

vs. 1. ἢ οἵη] Hoc, quod toties in Eoearum carmine recurrebat, certe referendum fuit ad praecedens aliquid in carminis initio. Heinrichius in Commentario: »Poterat, in»quit, carminis tenor ita ductus esse, ut poëta ab illustris »alicuius feminae laude ordiretur, eamque sequentibus fe»minis compararet hac fere ratione: *ista tam praeclara fuit »femina quam Leda, aut quam* (ἢ οἵη) *Alcmena.* Potest »quoque alia partium coniunctio assumi, fortasse huius»modi: *Dic mihi, Musa, qualis fuerit haec, aut qualis illa, »aut qualis Alcmena.*" Mihi suspicio oborta est, fuisse aliquid in carmine, quod Hermesianactem in Elegia, quam

servavit Athenaeus XIII. p. 597, vv. 21 seqq. duxerit ad credendum, condentis illud Hesiodi mentem occupatam fuisse cogitatione rei amatoriae et optandi sibi coniugii cum puella Ascraea, quam amaverit, nomine Eoea: itaque fortasse huiusmodi fuisse carminis initium: Τοίην δή ῥα γυναῖκ' εἴη μοι οἴκαδ' ἄγεσθαι Οἵη κτλ. Liceat mihi quoque subinde in his hariolari.

Goettlingii opinioni, fuisse tantum in hoc carmine memoratas feminas, quibuscum Iupiter rem habuerit, refragantur fragmenta ex Eoeis apud Schol. Pind. Pyth. IV. 33, IX. 6.

δόμους] Tirynthe, ubi fuit Electryonis regia. Vid. infra v. 81 et conf. Apollod. II. iv. 4, Pausan. II. xxv. 9. De regiis aedibus frequentissimus est etiam apud Homerum pluralis numeri usus in hoc vocabulo. Itaque miror Wolfii verba apud Rankium in Appar. Crit. »δόμον si in vulgato »textu esset, nemo mutaret, opinor."

v. 2. *μετ' ἀρήϊον Ἀμφιτρύωνα*, *secuta martium Amphitryonem*, ut recte Clericus; cum ex interpretatione Basil. altera typographicum, ut videtur, vitium *secuta maritum Amphitryonem* per nimiam socordiam Commelinus, Pasor, Heinsius et Graevius recepissent. Pessime Wintertonus vertit *ad bellicosum Amphitryonem*. Sed secutus ille Tzetzen et Diaconum *μετὰ* per *ἐπὶ* exponentes. Confert Wolfius Il. K. 149 *βῆ δὲ μετ' αὐτούς*.

v. 3. *λαοσσόου*, *populos* (ad pugnam) *cientis*. Est enim in hoc vocabulo, ut infra v. 54 in *δορύσσοος*, posterior pars a *σόω*, *agito*, *concito*, unde apud Callim. H. in laud. Pall. v. 54 *σοῦσθε*, *movete vos, agite*. Conf. Heyn. ad Il. N. 128.

Ἠλεκτρύωνος] Coire *υω* in hoc nomine pronunciando in

unam syllabam recte iam animadvertit Wintertonus. Similis crasis admittenda, ut puto, infra v. 294 in βότρυας, v. 351 in ὀΐζυος. Conf. Spitznerus de versu heroico p. 95, quem p. 187 ibid. non fugit, Hesiodum in usu synizesis Homero liberiorem esse.

v. 4. ἐκαίνυτο verbum est in Homeri Iliade non obvium; sed in Od. Γ. 282 legimus ὃς ἐκαίνυτο φῦλ' ἀνθρώπων Νῆα κυβερνῆσαι, et est compositum huius Od. Θ. 127 τῇ δ' αὖτ' Εὐρύαλος ἀπεκαίνυτο πάντας ἀρίστους, et v. 219 Οἶος δή με Φιλοκτήτης ἀπεκαίνυτο τόξῳ, simili ubique constructione. Praepositionem addit Apollon. Rh. I. 138 ὃς περὶ πάντας ἐκαίνυτο ναυτιλίῃσιν. Super etymo Schol. B. ad Od. Γ: τὸ δὲ ἐκαίνυτο, ἐνίκα· κυρίως δὲ ἀπὸ τοῦ καίνειν, ὅ ἐστι κόπτειν. πᾶς γὰρ καίνων ἤτοι τιτρώσκων τὸν ἐναντίον νικᾷ, ὅθεν καὶ καίνω ῥῆμα καὶ καίνυμι. Consentit Eustath. ad Il. p. 741, 11, ad Od. p. 1468, 1. Conf. Etym. M. p. 126; Hesych. in vv. ἀπεκαίνυτο, ἐκαίνυτο, καίνυσθαι, καινύτω; Helladius Chrestom. p. 7. ed. Meurs. Hinc nomen viri Καινεὺς infra v. 179.

v. 5. μεγέθει τε] Grandior statura eo tempore etiam mulierem maxime commendare censebatur. Conf. Od. Z. 107, O. 417.

νόον] Wolfii in animadversione mentem si assequor, non videtur ei sic simpliciter satis usitate dictum pro prudentia. Sed nonne simili prorsus ratione accipiendum apud Homerum Il. O. 643 καὶ νόον ἐν πρώτοισι Μυκηναίων ἐτέτυκτο?

vv. 6, 7. Quod censuit Wolfius, poëtam, cum iam νόον subiecisset εἴδει, horum versuum panno supersedere debuisse, in eo non adeo dissentientem me habet, sed, quod deinde opinatur idem, pannum esse assutum ab alio non

admodum antiquo, certe non optimo poëta, fundum eius opinionis sufficientem non videre me fateor. Commode iam Rankius animadvertit, videri poëtam primo loco cum feminis mortalibus, deinde cum Dea comparare Alcmenam voluisse, neque esse praetereunda, quae in reliquis Hesiodi carminibus et apud Homerum similia legantur. Confert deinde Ἔργ. v. 65, Th. 910, Od. Σ. 191, H. Hom. in Ven. 174 seq.

v. 7. βλεφάρων τ' ἄπο κυανεάων] Citans haec, ut Hesiodea, Eustath. ad Il. p. 1363, 55 esse vult pleonasmum τοῦ α. Qui verba tantum citant, metri causa insertum α putant, etiam Apollon. p. 61, 21 Lex. Hom. v. ἐὰ et Herodianus. Pro exemplo cum neutrius generis substantivo iuncti adiectivi feminini generis habet Schol. Ven. ad Il. T. 1. Nihil equidem horum facile admittam. Recentiorum super hac re varias opiniones vide apud Rankium in App. Crit., ex quibus mihi maxime probatur etiam ἡ βλεφάρη vel ἡ βλέφαρος. Pro hoc quidem pugnare videatur fragmentum Ibyci p. 97 κυανέῃσιν ὑπὸ βλεφάροις, satis si fidendum lectioni.

v. 8. ἄηθ'] Ita *spirare amores* puella dicitur apud Horat. IV. XIII. 19, ubi locum hunc et alia eiusmodi contulit Mitscherlich. Sed oblitus est conferre Hom. H. in Cer. v. 275 περί τ' ἀμφί τε κάλλος ἄητο, ad quae vid. Ruhnk. Simile autem illud de Gratiis in Th. 910: τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἴβετο δερκομενάων.

Ἀφροδίτης] Cuius solemne epitheton ἑλικοβλέφαρος (vid. Th. 19.), *quae esset argutis oculis*, ut recte Graevius explicat.

v. 9. ἡ δὲ καὶ ὣς] Pertinuit hoc etiam ad Alcmenae laudes, quod ea sic maritum suum dilexit, ut nulla unquam

cet. Simplicissimum enim est, ut ὥς h. l. ad sequens ὡς referatur. Plerique tamen VV. DD. καὶ ὥς accipiendum censuerunt *vel sic, talis cum esset*, qua ratione acceptum Robinsono lepidam elicuit in sui temporis mulieres invectivam. Wolfius autem cum Heinrichio ad v. 11 pertinere censuit, locumque sic reddendum: *Ea tamen ex animo venerabatur coniugem suum, sicut nulla unquam mulierum, etsi* patrem eximium *ipsi occiderat.*

v. 10. Nullum esse luculentius poterat Alcmenae in maritum affectus indicium quam quod, cum patrem ille eius occidisset, nihilominus eum exsulem secuta erat Thebas. In ἦ μὲν, quod restituimus, tam gravis est asseveratio, quam in vulgato ἦ μήν. Conf. Hoogeveen de partic. Cap. XXI. Sect. III. § 5.

v. 11. Verba in hoc versu ἶφι δαμάσσας et in seq. χωσάμενος περὶ βουσὶ dubitare nos vix sinunt, quin significare poëta voluerit, orta de bubus contentione ab irato Amphitryone vi interemtum fuisse Electryonem. Attamen ipsa illa χωσ. π. β. male accepta ortum dederunt alteri traditioni, quae apud Apollod. II. iv. 6 et Io. Diaconum ad h. l. exstat, bovem a grege divagantem indigne Amphitryo ferens cum clava iniecta peteret, infelici casu socerum suum occidisse. Magis etiam a poëtae narratione discedit, quod Scholiasta ad Apollon. Rh. I. 747 omni culpa Amphitryonem liberans tradit, interfectum a Taphiis et Telebois Electryonem, caedem huius ab Amphitryone in illis vindicatam; ubi quae in Scholii fine apud Brunckium exstant verba: ἡ ἱστορία σαφῶς παρ' Ἡσιόδῳ, additamentum sunt posterioris manus, quod Scholia ex Cod. Par. (in ed. Schaef.) non agnoscunt. Contra gravantis Amphitryonem traditionis variatio exstat in Scuti Argumento, tradens Am-

phitryonis socero succensentis impulsu Taphios et Teleboas Electryonis boves invasisse ac resistentes sibi Electryonem cum filiis occidisse, quod certe ex poëtae verbis non colligas. Sed cum his omnino convenit, quod in Schol. Ven. ad Il. Ξ. 323 interfectum ab Amphitryone socerum legimus βοῶν ἀμφισβητήσεως χάριν, eodem fere sensu, quo dicitur infra v. 82 factum hoc βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων. Secundum autem Argumentum Ἀσπίδος A. acta res est tum, cum Amphitryoni iam adulto tutor ab eius patre relictus impuberis Electryo bona ipsius fidei commissa restituere deberet; in qua re si tum iustam socero succensendi causam habuit Amphitryo, minus sane mirum est, quod excusandum et ignoscendum mariti sui factum Alcmena censuit. Ne quis autem cum Tzetze ad h. l. putet, partem memorari hîc pro toto, boves pro omnibus facultatibus, quod essent illo tempore praecipuae in pecoribus divitiae (conf. Ἔργ. 163). Obstat primum, quod infra v. 82 addito epitheto definitius boves significantur, deinde quod περὶ sequente dativo fere notat eius, quod illo casu memoratur, praesentiam. Conf. Il. Π. 568, P. 4, 6, 133, 286, Od. B. 245, E. 310, Σ. 402, Υ. 14, ut mirer Eustathium p. 1828, 4 ad Od. P. 472, ubi item, ut hîc, mentio fit μαχῆς περὶ βουσί, dicere potuisse καινῶς ibi positum esse περὶ μετὰ δοτικῆς. Agebatur autem fortasse de dividendo pecore, ut actum inter Labanum et Iacobum, negante Amphitryone iustum sibi paterni gregis heredi boum numerum ab Electryone tribui. Certe greges postea inter Amphitryonis bona fuisse, arguit infra v. 39.

v. 13. ἐς Θήβας ἱκέτευσε] Plane ut Epigeus, consobrino occiso, ἐς Πηλῆ' ἱκέτευσε καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν, apud Il. Π. 574. Valet autem utroque loco ἱκέτευσε *supplicatum venit*. Infra v. 83 ἵκετο δ' εἰς Κρέοντα, a quo, ut

Apollod. l. c. § 6 tradit, ἡγνίσθη. Conf. Schol. ad Il. Ω. 480.

v. 15. νόσφιν ἄτερ φιλ. ἐφ.] Cum a Taphiis et Teleboïs in pugna interfecti fuissent Electryonis filii, pater eos ulcisci cupiens filiam suam Alcmenam Amphitryoni ita commisit, ut ab eo iusiurandum exigeret, fore ut illam virginem servaret, usque dum ipse ab expeditione reversus esset. Cum vero Electryonis consilium insecuta eius mors turbasset, Alcmena, quod ipsa quoque fratrum ultionis studiosa esset, coniugium suum promisit ei, qui ultionem eam peregisset. Vide haec narrantem Apollod. l. c. § 6, 7, collatis scholiis ad Hom. Od. Λ. 265, ad Apollon. Rh. l.c., cui narrationi nihil hîc apud poëtam est, quod plane obstet, quamvis, si illa non exstaret, fortasse in mentem nobis incidisset coniicere, ea lege receptum lustratumque a Creonte fuisse Amphitryonem, ut ab uxoris concubitu abstineret, usque dum fratres eius ulciscendo tum ei satisfecisset (quam adeo ipsam hoc exegisse tradunt Schol. ad Od. l. c.), tum hoc facinore susceptam priore ἄτην aliquatenus eluisset; in quam coniecturam nescio an inducerent vocabula παράκοιτις et ἄλοχος iam Alcmenae tributa.

νόσφιν ἄτερ, ut hîc, ita Ἔργ. 91 et 113 exstat; φιλότητος ἐφιμέρου pariter habet Th. 132.

v. 19. Ταφίων ἰδὲ Τηλεβοάων] Taphus una ex Echinadibus insulis, Acarnaniae obiectis, incolas habuit cum alios, tum Teleboas, seu deductos eo Mycenis a Persei pronepote Taphio, sive Acarnanes origine. Prius tradentem videas Apollod. l. c., posterius Scholiastam Apollonii Rh. l. c., quocum facit Strabo X. p. 461. Naves, quibus in expeditione contra illos Amphitryonem usum facit Plautus et quibus utique opus ei fuit, ut in insulam Taphon perve-

nipet, nulla apud poëtam mentio fit, ita ut statuisse videatur, bellum ab Amphitryone gestum contra degentes adhuc in continente Teleboas, quibus auxilia Taphii miserint; quo sane, ut recte animadvertit Goettlingius, ducere videtur, quod in v. 18 tantum memorantur eorum κῶμαι, ut caput regionis Taphon Amphitryo non attigerit. Apud Herod. V. 59 mentio fit dedicati ab Amphitryone tripodis cum inscriptione, in quam recentiores nonnulli emendando Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκε νεῶν ἀπὸ Τηλεβοάων navium mentionem intulerunt. Sed vide Boeckh. Corp. Inscr. Gr. I. 35.

v. 20. θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἦσαν] Sic Od. A. 273 θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἔστων, Il. Z. 76 Ζεὺς δ' ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω, quem versum respiciens Hesychius ἐπιμάρτυρος explicat μάρτυς ἐπὶ τοῖς γενομένοις. At vero Eustath. et Schol. Ven. ad illum versum ἐπὶ abundare volunt, ut in ἐπιβουκόλος, ἐπιποίμην, ἐπίουρος.

v. 24. Βοιωτοὶ πλήξιπποι] Universis Boeotis hic tribuitur, quod apud Homerum non nisi singulorum heroum est epitheton, notandumque quod πλάξιππον Θήβαν, itaque universam civitatem, similiter dixit Pindarus Ol. VI. 85.

v. 25. Λοκροί τ' ἀγχέμαχοι] Mysorum idem epitheton est apud Hom. Il. N. 5. Ab Hesychio in v. recte exponitur οἱ ἐγγύθεν μαχόμενοι. At contrarium de Locris tradit Hom. Il. N. 713, ubi Heynius notat videri diversis temporibus diversum Locrensibus pugnandi morem fuisse, ceterum necesse ergo esse Scuti Auctorem aliquanto serius vixisse Iliadis Auctore. Locros a bellica virtute laudat Pindarus Ol. X. (Boeckh. XI) circa finem.

v. 26. παῖς Ἀλκαίοιο] Amphitryo. Non audiendus Auctor Argumenti, quando filium Alcaei etiam Electryonem facit, qui Alcaei frater fuit, non filius. Ambo autem patrem habuerant Perseum. Vid. Apollod. II. IV. 5.

v. 28. ὄφρα θεοῖσιν] Ex antiqua formula ἀνδρῶν τε θεῶν τε adiectum θεοῖσιν h. l. putat Heyn. ad Il. T. 96 (conf. Th. 220); sed depulit Hercules etiam a Prometheo pestem (Th. 526 seqq.), ab Apolline iniuriam (infra v. 69, coll. v. 478 seq.).

v. 29. ἀρῆς ἀλκτῆρα, ut Hesiodi, ex h. v. vel infra v. 128 citat Schol. Ven. A. ad Il. Σ. 100.

v. 30. ὦρτο iungendum cum ἐννύχιος v. 32. Sic Th. 10 ἐννύχιαι στεῖχον, v. 596 ἠμάτιαι σπεύδουσιν, infra v. 46 παννύχιος δ' ἄρ' ἔλεκτο. Est autem ὦρτο *cum impetu se movit*, ita quidem, ut ab Olympo, Thessaliae monte, statim graderetur in montem Boeotiae Typhaonium, hinc vero in vicinum Thebis montem Phicium. Sic apud Hom. Il. N. 20 seqq. Neptunus quatuor gressibus ex Samothrace pervenit Aegas, urbem Euboeae, item per montes gradiens, ut arguit ibi v. 18, et similiter Iuno Il. Ξ. 225 seq. ab Olympo Πιερίην ἐπιβᾶσα καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινήν, Σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρῃκῶν ὄρεα νιφόεντα Ἀκροτάτας κορυφάς· οὐδὲ χθόνα μάρπτε ποδοῖιν. Conf. et Pind. Pyth. III. 75.

δόλον] Dolus hic qualis fuerit, dicere poëta neglexit. Iovem adsumta Amphitryonis forma cum uxore huius concubuisse posteriorum traditio est; qui et noctem eum τριπλασιάσαι commenti sunt. Vid. Apollod. II. IV. 8; Diod. Sic. IV. 9; Schol. Hom. Od. Λ. 265; Plautus in Amphitr.

βυσσοδομεύων frequens est etiam in Odyssea verbum; in

Iliade autem non exstat. Reddunt hic *dolum alta vel profunda mente volvens*. Corrige *struens*. A βύω est βύθος, depressus locus, fundus, profunditas, pro quo etiam dixerunt βύσσος. Vid. Il. Ω. 80, unde βυσσόφρων, vir alta mente praeditus, apud Aeschyl. Choëph. v. 850.

v. 32. Τυφαόνιον] Boeotiae mons, ita dictus quod eum Typhaoni superiniectum quidam existimabant. Vid. Schol. ad Pind. Ol. IV. 11; Tzetz. ad h. l. et ad Lycophr. 177. Alia fuit ei nominis forma Τύφιον, unde Hesych. Τύφιον' ὄρος Βοιωτίας, nisi fortasse ibi Τυφώνιον corrigendum, ut censuit V. D. in Misc. Obss. II. p. 350. Conf. K. O. Müller Orchom. p. 62.

v. 33. Φίκιον] Item fuit mons Boeotiae, nomen habens ab resedisse ibi credita Sphinge, quam Boeoti Φίκα nuncupabant. Vid. Th. 326 ibique Scholia, quosque citat Valcken. ad Phoen. 813, tum et Anecdd. Bachmanni II. 285, 20 seqq.

v. 34. φρεσὶ μήδετο θέσκελα ἔργα] Quomodo scilicet Diis atque hominibus ἀρῆς ἀλκτῆρα generaret.

v. 35. αὐτῇ—νυκτὶ i. e. τῇ αὐτῇ, *eadem nocte*, ut explicat etiam Schol. Hom. Od. Λ. 265. De pronomine αὐτὸς hac significatione vid. Hermannus Opusc. I. p. 333.

v. 39. ἐπὶ—ποιμένας ἀγροιώτας] Diaconus: ἐπισκεψόμενος τὰ ἴδια θρέμματα. Haec Goettlingius fuisse vult praedam, quam e bello secum duxerat Amphitryo. Cogitem equidem potius de pastoribus et boum atque ovium gregibus, quos ille, in expeditionem proficiscens, domi reliquerat.

v. 40. ὦρτ' ἰέναι] Notat in his Diaconus Ὁμηρικὸν ζῆλον,

cum Homerus quoque passim βῆ δ' ἰέναι et ὦρτ' ἰέναι dixerit pro ὥρμητο, παρεκινήθη. Est autem ὦρτ' ἰέναι magis Odysseae quam Iliadis.

v. 42. ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ κ. τ. λ. Recte Heinrichius: „Suavissimam comparationem, sed ingeniosius expressam adhibuit Auctor Odysseae E. 394." Minus adsentior Clerico, Homerica illa imitatum esse Hesiodum affirmanti, quamvis etiam Wolfius ab Scuti Auctore ita adumbrata haec ex Homero dixerit, ut nihil praeter umbram restet. Vnde enim de imitatione vel adumbratione satis constat? Equidem neque eandem prorsus esse video comparationis huius atque illius rationem et esse in Homerica cultioris iam artis indicium.

ὅτ' ἀνὴρ — ὑπεκπροφύγοι carpit Wolfius ut minus recte dictum pro ὅταν. Sed ὅτε cum optativo sic iunctum videas apud Homerum, ex. gr. Il. Α. 610, Δ. 263, Κ. 14; cum subiunctivo Il. Β. 782, Ε. 91, 597.

v. 44. ἐκτολυπεύσας] Composito hoc non usus est Homerus, sed exstat simplex verbum apud eum Il. Ω. 7 et aliquoties in Odyssea. Ad τολύπευσε Schol. Ven. B. M. Il. l. c.: εἰς τέλος ἤγαγεν· ἀπὸ τῶν ἐρίων· τολύπη γὰρ ἡ σφαῖρα τῶν ἐρίων.

v. 46. παννύχιος h. e. ex quo venit, omnem reliquam noctem. Itaque ex mente poëtae anteverterat eum apud Alcmenam Iupiter. Conf. supra vv. 35, 37.

v. 50. οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντε.] Fuit, cum emendandum putarem οὐ καθ' ὁμὰ φρονέοντε: sed iam nihil opus esse emendatione intelligo. Sensus est: Erant quidem germani et gemini fratres, sed non etiam, ut tales, eadem mente praediti. Infra v. 88 dicuntur οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι, οὔτε νόημα.

Versus 55 et 56 ob putidam in iis post superiora tautologiam fuere VV. DD. qui tollendos censerent, quibus recte opposuit Rankius, non esse hîc tautologiam, cum poëta his versibus diversitatis, quae in Iphicle et Hercule fuerit, causam explicet, dicens alterum hominis mortalis, alterum regis Deorum progeniem fuisse.

v. 56. θεῶν σημάντορι πάντων] Occurrunt haec etiam in fragmento ex Catalogis apud Laur. Lydum de mensibus c. 4.

v. 57. Factus hîc post decantatos a rhapsodo versus ex Eoeis ad sequentia de Cycni et Herculis pugna transitus; factus autem ille non nimis concinne per particulas ὃς καὶ, *qui* (natus ex Iove et Alcmena Hercules tum alias res praeclaras gessit, tum) *etiam Cycnum occidit.*

Κύκνον—Ἀρητιάδην, Martis filium ex Pelopea (vid. Apollod. II. VII. 7.), probe distinguendum ab altero Martis filio, sed ex Cyrene, Cycno, item interfecto ab Hercule. Vid. Apollod. II. v. 11 et ibi Heyn. Fuit etiam tertius Cycnus, Neptuni filius, de quo vide Schol. Pind. Ol. II. 147 et Schol. Aristoph. Ran. 994, cuiusque mentio alicubi etiam ab Hesiodo facta, teste Schol. ad Theocr. Id. XVI. 49. Saepe autem confusi sunt hi Cycni; qua de re videantur VV. DD. ad Hygin. fab. 31 et Heyn. l. c.

Ἀρητιάδης formatum ab Ἄρης, Ἄρητος pro Ἄρηος. Sic Ἀρητιάδα Μελανίππην dixit Apollon. Rh. II. 968, quem vide etiam ibid. 1032, III. 1182. Conf. et Dion. Alex. v. 685.

Ab hoc Martis filio Cycno et Marte priore pugna victum fugatumque Herculem, qui deinde demum altera pugna Cycnum occiderit, tradidisse in carmine de Cycno Stesichorum refert Schol. Pind. ad illa huius Ol. X. 19 (Boeckh. XI. 15): τράπε δὲ Κυκνεία μάχα τὸν ὑπέρβιον Ἡρακλέα.

Eudocia in Violeto p. 264: Κύκνον τὸν μὲν Ἄρεως κακῶς

τὰ περὶ θαλασσίων (corrige ex Schol. Pind. Ol. B. 147, cui sua haec Eudocia debuit, Θεσσαλίων) διαθέντα Ἡρακλῆς ἀπέκτεινεν, ὡς ἐν τῇ Ἀσπίδι Ἡσίοδος δηλοῖ. Agit Eudocia ibi de duobus Cycnis, altero Martis, altero Neptuni filio; ad quos ab se invicem distinguendos pertinent citati iam ab Rankio veterum loci, Schol. ad Arist. Ran. 941 (ubi item, ut apud Eudociam, mentio fit Ἡσιόδου ἐν Ἀσπίδι), Schol. ad Pind. l. c., Schol. ad Theocr. XVI. 49.

v. 58. ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος] Παγασαίου, cuius infra v. 70 memorantur ἄλσος καὶ βωμός. Fuisse illud ἱερὸν πρὸς Τροιζῆνι traditur in Schol. Ven. A. B. D. ad Il. Ψ. 346, ubi Τραχῖνι corrigendum ex Scuti v. 353 probabiliter coniecit Heinrich. In Schol. ad h. l. apud Rankium varia est Codd. lectio Τραχῖνα, Θρᾴκην, Τελχῖνα.

v. 59. πατέρα ὅν] Puto hoc πατέρα Fον pronunciatum fere sonuisse πατεραυον. Certe Latini digamma per υ vel u reddiderunt: ὕλη, ὕλFα — *sylva*, *sylua*.

v. 61. ἐν δίφρῳ] Martis, ut bene animadvertit Rankius. Conf. infra v. 109, 463.

v. 62. νύσσοντες χηλῇσι, ut Hesiodeum, citant Suidas in v. ὁπλὴ et Schol. Aristoph. Ach. 740. Contulit iam Fulvius Vrsinus Virgiliana III. G. 86, ubi item, ut hic, morae impatientia in equis significatur, quemadmodum et apud Sidonium Apollin. Carm. XXIII. 331—338. In aliis animalibus irae est indicium. Infra v. 431 de leone ποσσὶ γλάφει. Conf. et Statium Theb. XI. 255.

v. 69. αὐτὸς γάρ οἱ ἐπῶρσε β. Ἡρ.] Causa, cur hoc fecerit Apollo, exponitur infra v. 478 seq.

v. 70 citatur, ut Hesiodi ἐν Ἀσπίδι, ab Etym. M. 646, 41. ἱερὸν id Apollini conditum ab Argonautis tradidisse Callimachum videas apud Hyginum P. A. II. 37; a Trophonio conditum prodidisse Heraclidem Ponticum ait Tzetzes ad h. l.

v. 71. καὶ αὐτοῦ] Fulgor oriebatur non tantum ab armis Dei, verum et ab ipso. Scilicet Deorum adventum vel praesentiam maxime fulgore agnosci veteres credebant. Vide citatos iam ab Heinrichio Hom. Od. T. 36, H. in Cer. 278; Virg. Aen. I. 402, Heyniique Exc. XIII ad eum librum.

v. 74. Ἰολάου] Quod Herculi sociam ad pugnas operam Iolaus praestitisset, hinc Plutarchi adhuc aetate σύμβωμον Herculis Iolaum venerabantur, παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομάζοντες. Vide Plutarchi Moral. p. 492 D. Festa Thebis celebrata Ἡράκλεια, τὰ καὶ Ἰολάϊα, memorat Schol. Pind. Ol. XIII. 148. Conf. Plut. in Pelop. c. 18.

v. 75 seq. exstant etiam Th. 152 seq., Ἔργ. 148 seq., unde, me iudice, potius colligas, aliquid inter tria haec carmina necessitudinis intercedere, quam cum Koeppenio versus eos h. l. resecandos. Conf. quae diximus in Comm. ad Th. l. c. et Rankium ad h. l.

v. 77. ὅς ῥα i. e. Hercules, cuius praecipua fuerat in superioribus mentio. Is novam pugnam sibi instare videns et huius et superiorum, quos exantlaverat, laborum causam confert in quoddam patris sui adversus Deos peccatum, ex communi scil. eius aevi persuasione, qua graviorum scelerum iudicia a Diis interdum in noxiorum posteros differri credebantur. Conf. Mitscherl. ad Hor. I. XXVIII. 30 et III. VI. 1.

v. 79 seq. μετ' ἀθανάτους — ἤλιτεν] Dictum hic μετ' ἀθανάτους pro εἰς agnoscendum et ferendum duxerunt Scholiastae, quibus adsensi H. Stephanus in Lex. p. 894 F et Heyn. ad Il. T. 265, neque repugnat Boissonadius. At, iudice Rankio, ita est contra usum epicae poësis usurpatum, ut nulla ratione ferri aut defendi possit. Nec mihi, quo defendam, suppetit exemplum, nisi fortasse unum hoc Il. N. 301: Ἐφύρους μέτα θωρήσσεσθον. Attamen in tanto Codicum μετ' hic tuentium consensu acquiescendum nobis puto in notando, quod rarum et mirum videatur.

vv. 79—94 alius esse auctoris suspicato Thierschio (de Hesiodo p. 28) suffragatus in priore ed. Goettlingius, in altera post Hermanni monitum Opusc. T. VI. p. 194 recte sententiam mutavit, quem in primis movit, quod illa v. 78 βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων statim excipiens v. 95 ὦ φίλος, ἀλλὰ σὺ κ. τ. λ. prorsus langueret. Thierschium offenderat sortem suam deplorans Hercules, quod illi indignum hoc heroë visum. Sed bene animadvertit Rankius, potuisse heroëm quamvis fortem queri de ingruentibus sic semper sibi sine remissione laboribus, tum et tam arcte cohaerere verba Herculis cum Iolai responso, ut iis remotis etiam hoc delendum foret, atque ita abiectis omnibus, quae ad rem exornandam facerent, ipsa epicae poësis indoles prorsus exstingueretur..

v. 83. Ἵκετο δ' εἰς Κρείοντα καὶ Ἡνιόχην citat, ut Hesiodi, Schol. Soph. Antig. v. 1180 Brunckii, in quo versu Creontis uxor Eurydice vocatur. Hesiodum sequitur Schol. Homeri Il. Ξ. 323.

v. 84. ἄρμενα vocabulum Hesiodeum. Vid. Th. 639, Ἔργ. 405, 540, 806.

v. 91. *ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα* i. e., ut Hesychius exponit, *ἡμαρμένον*, *iniquum*, *iniurium*, sc. in Amphitryonis familiam. Quod pro hac per se probabili Codicum fere omnium lectione Guietus *ἀλιτήμερον* rescribi voluit, idque adeo in contextum receperunt Gaisfordius et Dindorfius, quodque, magis etiam a Codicum lectione recedentes, Bentleius et ad Il. T. 115 Heynius (T. VII. p. 632) *Εὐρυσθῆ' ἠλιτόμηνον* scribendum coniecerunt, ortum habuit ex concepta iis opinione, quam fuisse etiam Scholiastarum ad h. l. videas, obversatum hîc menti poëtae traditum ab Homero Il. T. 98 seqq. mythum de Eurystheo ante iustum tempus edito, quo factum sit, ut servire ei Hercules deberet. At vero Hesiodus, aut quisquis Auctor fuit huius sane antiqui carminis, tum Herculis aerumnas, tum Iphiclis, erepta per Iovem ei bona mente, *ἄτην* ab altiore fonte repetentem Herculem facit, Amphitryonis peccato quodam, neque impositos novit Herculi ab Eurystheo labores, sed eum v. 94 dicentem inducit: *αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.* Vide omnino, qui plenissime hanc quaestionem tractavit, Rankium.

v. 93 et seq. citat, ut Hesiodi, Stobaeus IV. 36.

v. 95. *ἀλλὰ σὺ θᾶσσον ἔχ' ἡνία Φοινικ.*] Haec dicens Hercules censendus est habenas, quas antea ipse tenuerat, Iolao tradere, simulque de curru desiliens arma inde, quae indueret, deinceps eximere, verba interim ea proferens, quibus excitaretur Iolaus, ut intrepide currum recta in obvios adversarios dirigeret. Sic si accipiamus, sublata erit difficultas, quae Hermannum l. c. p. 194 movit, ut vv. 95—101 esse alterius putaret recensionis, quae descriptionem armorum Herculis prorsus non habuerit. Thierschius, repetitione offensus vocabulorum *ἔχειν* et *ὠκυπόδων ἵππων*,

versus 95 et 96 ita abiiciendos censuit cum praecedentibus, ut versum 78 versus 97 excipiat; sed recte Goettlingius et Rankius monuerunt, frequentissimas esse tales apud Epicos repetitiones.

Ceterum tenendum est, Herculem et Martem ita quidem in propinquo (οὐ τηλοῦ, infra v. 118) fuisse, ut clamorem Martis, in vicino viae luco περιμαινομένου, fragoremque currus (κτύπον, v. 98) audire Hercules, quemque et arma Dei et ipse Deus fulgorem emittebant, videre posset; verum non eatenus in propinquo, ut non Herculi tempus esset inter colloquium cum Iolao arma expediendi induendique. Via, per quam vehebatur Hercules, Trachinem potius (vide infra v. 353) ducebat praeter Apollinis lucum, ex quo, ut tradit Schol. Pind. Ol. X. 19, consueverat Cycnus in praetereuntes impetum facere. Videtur id non ignorasse Hercules, qui inde instare sibi pugnam certum habens, ad eam in tempore se paraverit: et sane brevi post ex eo luco Cycnus cum Marte progressus appropinquanti Herculi se cum curru in ipsa via opposuit. Vide infra vv. 350 seqq.

Φοινικόεντα pronunciandum, ut quadrisyllabum, φοινικοῦντα. Nam secunda vocabuli syllaba haud dubie longa est.

v. 99. περιμαίνεται] Observatum iam Rankio, περιμαίνεσθαι apud Homerum frustra quaeri.

v. 101. ἄαται praesens est pro futuro, ut recte gl. Cod. Bav. apud Rankium. Hercules ex animi fiducia de re mox perficienda loquitur, ut iam locum habente. Hermannum Op. VI. p. 195 vere praesens opinantem hac sententia: *vel fortissimus satiatur aliquando pugna*, bene refutavit Goettlingius. Conf. et Rankius ad h. l.

v. 103 seqq. Nolens Iolaus Herculem nimium indulgere

opinioni, se ob aliquod Amphitryonis patris sui in Deos delictum illos sibi adversos habere, qui inde nullam ipsi difficilium laborum remissionem darent: Immo, inquit, sane pater hominum et Deorum et tutelaris Thebarum Deus Neptunus valde te honorant, qui huc in manus tuas adducant huncce validum et magnum virum, quo devicto multum gloriae reportabis.

v. 104. ταύρεος Ἐννοσίγαιος] Quamvis uno hoc loco exstet epitheton Neptuni ταύρεος, non est, ut per se illi parum congrue tribui videatur. Neptuno in Boeotia, in primis Onchesti, culto immolatos tauros fuisse, atque inde cognominatum eum ταύρεον, auctor est Tzetzes ad h. l., cui cur fidem in hac re negemus causae nihil est, nec fere dubitandum, quin ita secundum antiquiores tradiderit. Memorantur ab Hesychio Ταύρια, festum Neptuni. Denique in nummis urbis ab hoc Deo dicti Posidonii, quae deinde Paestum appellata, semper est tauri figura (vid. Mazoch. ad tabb. Heracl. p. 506); sive ratio huius rei et immolatorum passim Neptuno taurorum (vid. Hom. Il. Ψ. 403 seqq., Od. Γ. 6; Pind. Nem. VI. 69; Virg. Aen. II. 202, III. 119 ibique Serv.) in eo quaerenda sit, quod ob vicina fere mari pascua Neptunum tam taurorum altorem crediderunt, quam equorum, a quibus ἵππιος Ποσειδῶν dictus, quae sententia est I. H. Vossii in Epp. Mythol. T. II. p. 276, sive causa haec fuerit, quod per mare primitus tauri in Graeciam advecti, sive maris strepitus cum tauri mugitu, vel fluctuum littus invadentium furor cum tauri irruentis impetu comparatus rei occasionem dederit, cuiusmodi sane quid in causa fuisse videtur, cur et fluvios, vehementiores duntaxat, tauriformes, certe taurinis cornibus praeditos sibi informarint. Vid. Graev. ad h. l.; Spanhemius de usu et praest. numism., Diss. VII. p. 396; Cuperus Obss. III. 16; Mitscherl. ad Horat. IV. xiv. 25.

v. 105, ut Hesiodi in Scuto, citatur ex Cod. Havn. Etymologi M. in annott. Etym. Gudiano subiectis p. 933.

ἃς Θήβης κρ. ἔχει κ. τ. λ.] Chorus apud Aeschyl. in VII contra Theb. post ῥυσίπτολιν Thebarum Herculem, in primis quoque Neptunum, sed illum Ἵππιον, invocat v. 130 seq. Schütz. Neptunum in Boeotia cultum cum Tzetze l. c. tradit etiam Eustath. ad Dionys. Per. v. 476, unde frequens etiam Neptunus in Boeotorum nummis. Vide illos apud Harduin. p. 35; Haym. Thes. Brit. tab. XXII. 2, 3; Eckhel. II. p. 197.

ῥύεται pronunciandum, ut disyllabum, ῥῦται. Vid. Heyn. Exc. IV ad Il. A.

v. 107. ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι] Maximopere Iovi curae fuisse honorem Ἡρακλῆος Θηβαγένεος tradere etiam videas Hesiodum Th. 530, ad quem versum memorandus nobis fuerat citans illum Schol. Sophocl. Trach. v. 112.

v. 112. παῖδας i. e. posteros, filium et nepotem.

Ἀλκείδαο] Pater Amphitryonis modo Ἀλκαῖος appellatur, modo Ἀλκεύς. Ab hac forma patronymicum est Ἀλκείδης. Conf. Heyn. ad Apollod. II. IV. 5 in nott. critt. p. 177.

v. 114. τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης] Miror Heinrichium τὰ hic explicantem ταῦτα. Rectius, ni fallor, ab Latine haec interpretatis acceptum redditumque *quae res*, ut in Graecis etiam intelligi potest ἔργα. Pluralis numerus pertinet ad plura eiusmodi certamina, quae loquentis animo obversabantur.

Apte cum sententia huius loci contulit Wolfius, quod ut Hesiodeum citat Polybius V. 2: Αἰακίδας πολέμῳ κεχαρηότας ἠύτε δαιτί. Sed conferendum etiam viderat Gaisford. ad Fr. XLIX.

v. 120 seq. *μέγαν ἵππον Ἀρείονα κυανοχαίτην πάντῃ ἀναστρωφᾶν.*] Non unum Herculis currui iunctum Arionem fuisse tum res ipsa et constans in bigis consuetudo docet, tum supra arguunt vv. 96 seq. Sed maiori et praestantiori equo Arioni, promte ad aurigae regimen se convertenti, facile obtemperabat alter equus. Itaque praecipit Iolao Hercules, ut Arionem quoquoversum convertat pro exigente id pugnae ratione, ne scilicet, si fortasse ex curru pugnandum esset, in eo stans Hercules aliqua re, fortasse ipsius Arionis inter eum et Cycnum stantis magnitudine, impediretur, quominus libere telum in adversarium emitteret.

De Arione Schol. Ven. A. B. D. ad Il. Ψ. 346: *τούτῳ διαγωνισάμενος Ἡρακλῆς πρὸς Κύκνον τὸν Ἄρεως υἱὸν καθ' ἱπποδρομίαν ἐνίκησεν ἐν τῷ τοῦ Παγασαίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ.* *κυανοχαίτης* Arion dictus etiam Antimacho in Thebaide, cuius versum servavit Pausanias VIII. xxvi. 5. At *rutilas* ei *iubas* tribuit Statius Theb. VI. 301, ubi splendida est huius equi descriptio, ad quam Barthium inspexisse non pigebit.

v. 122 integrum, ut Hesiodi *ἐν τῇ Ἀσπίδι*, citat Io. Philop. ad Aristot. Anal. Poster. p. 82, addens ad complendum sensum *δύσατο*. Postrema duo verba, ut Hesiodi, citantur in Homeri Ἐπιμερισμοῖς apud Cramer. An. Ox. T. I. p. 417, 13.

Vt hic, ita apud Homerum ubique initium armaturae fit ab ocreis, quas fibulis circum pedes constringebant. Vid. Hom. Il. Γ. 330 ibique Heyn. Et debuit omnino fieri ab his initium, corpore nondum ab ceteris armis impedito, estque etiam circa reliqua arma induenda ordo, quem sequitur poëta, naturalis. Namque thoracem induere Hercules debuit, antequam ei iniiceretur ensis, e balteo (*ἐκ τελαμῶνος*, infra v. 221) pendens, et huic balteo superiniice-

retur alter, unde penderet in tergo pharetra. His peractis demum ita liberas manus habebat heros, ut posset dextra hastam arripere, sinistra sibi capiti galeam imponere et eadem denique scutum sumere.

ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ] *Album orichalcum* vocat Virg. Aen. XII. 87, quod item recte ad splendorem trahas. Memoratur ὀρείχαλκος etiam in Hom. H. in Ven. v. 9, non item in Iliade vel Odyssea. Multiplex autem et incerta est disputatio de hoc metallo. Veterum videas fuisse, qui nativum et e montibus erutum aes explicarent, favente utique etymologia vocabuli; fuisse, qui incendio sylvarum e variis metallis forte confusum dicerent; denique fuisse, qui ὀρείχαλκον appellatum traderent, quod artifex quidam Oreus primus eius temperandi rationem invenisset. Vid. Festus in v. *Orichaleus;* Serv. ad Virg. l. c.; Schol. Apollon. Rh. IV, 973. Repertum in terris Orichalcum, sed reperiri longo iam tempore desiisse ait Plin. H. N. XXXIV. 2; itaque postea in locum nativi Orichalci aliud commenticium successisse, sed minoris pretii: vilius enim illud auro habitum, cum veri Orichalci pretium esset supra aurum. Vid. Plautus in Curcul. I. III. 45; Cic. de Off. III. 23; Sueton. in Vitell. c. 5; Philoponus l. c. et apud Diacon. ad h. l. Conf. de recentioribus Viri Docti ad Callim. H. in Laud. Pall. 19; Beckmann. ad Aristot. Mirab. Auscult. p. 132 seqq.; Heyn. ad Virg. l. c. Martinius in Exc. VII ad Ernestii Archaeolog. liter., quosque citat Boissonadius ad Philostr. Her. p. 602 et ad h. l.

v. 123. Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα] Plerosque Deos Herculi dona contulisse tradunt etiam Apollod. II. IV. 11; Diod. Sic. IV. 14. Sed illi thoracem eum accepisse dicunt a Vulcano, peplum a Minerva. Conf. ad Apollod. l. c. Heynius.

v. 124 est item, ut hic, Il. Λ. 19.

v. 120 seq. *μέγαν ἵππον Ἀρείονα κυανῶν. πάντῃ ἀναστρωφᾶν.*] Non unum Herculis currui iunctum Arionem fuisse tum res ipsa et constans in bigis consuetudo docet, tum supra arguunt vv. 96 seq. Sed maiori et praestantiori equo Arioni, promte ad aurigae regimen se convertenti, facile obtemperabat alter equus. Itaque praecipit Iolao Hercules, ut Arionem quoquoversum convertat pro exigente id pugnae ratione, ne scilicet, si fortasse ex curru pugnandum esset, in eo stans Hercules aliqua re, fortasse ipsius Arionis inter eum et Cycnum stantis magnitudine, impediretur, quominus libere telum in adversarium emitteret.

De Arione Schol. Ven. A. B. D. ad Il. Ψ. 346: *τούτῳ διαγωνισάμενος Ἡρακλῆς πρὸς Κύκνον τὸν Ἄρεως υἱὸν καθ' ἱπποδρομίαν ἐνίκησεν ἐν τῷ τοῦ Παγασαίου Ἀπόλλωνος ἱερῷ.*

κυανοχαίτης Arion dictus etiam Antimacho in Thebaide, cuius versum servavit Pausanias VIII. xxvi. 5. At *rutilas* ei *iubas* tribuit Statius Theb. VI. 301, ubi splendida est huius equi descriptio, ad quam Barthium inspexisse non pigebit.

v. 122 integrum, ut Hesiodi *ἐν τῇ Ἀσπίδι*, citat Io. Philop. ad Aristot. Anal. Poster. p. 82, addens ad complendum sensum *δύσατο*. Postrema duo verba, ut Hesiodi, citantur in Homeri Ἐπιμερισμοῖς apud Cramer. An. Ox. T. I. p. 417, 13.

Vt hic, ita apud Homerum ubique initium armaturae fit ab ocreis, quas fibulis circum pedes constringebant. Vid. Hom. Il. Γ. 330 ibique Heyn. Et debuit omnino fieri ab his initium, corpore nondum ab ceteris armis impedito, estque etiam circa reliqua arma induenda ordo, quem sequitur poëta, naturalis. Namque thoracem induere Hercules debuit, antequam ei iniiceretur ensis, e balteo (*ἐκ τελαμῶνος*, infra v. 221) pendens, et huic balteo superiniice-

retur alter, unde penderet in tergo pharetra. His peractis demum ita liberas manus habebat heros, ut posset dextra hastam arripere, sinistra sibi capiti galeam imponere et eadem denique scutum sumere.

ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ] *Album orichalcum* vocat Virg. Aen. XII. 87, quod item recte ad splendorem trahas. Memoratur ὀρείχαλκος etiam in Hom. H. in Ven. v. 9, non item in Iliade vel Odyssea. Multiplex autem et incerta est disputatio de hoc metallo. Veterum videas fuisse, qui nativum et e montibus erutum aes explicarent, favente utique etymologia vocabuli; fuisse, qui incendio sylvarum e variis metallis forte confusum dicerent; denique fuisse, qui ὀρείχαλκον appellatum traderent, quod artifex quidam Oreus primus eius temperandi rationem invenisset. Vid. Festus in v. *Orichalcus;* Serv. ad Virg. l. c.; Schol. Apollon. Rh. IV, 973. Repertum in terris Orichalcum, sed reperiri longo iam tempore desiisse ait Plin. H. N. XXXIV. 2; itaque postea in locum nativi Orichalci aliud commenticium successisse, sed minoris pretii: vilius enim illud auro habitum, cum veri Orichalci pretium esset supra aurum. Vid. Plautus in Curcul. I. III. 45; Cic. de Off. III. 23; Sueton. in Vitell. c. 5; Philoponus l. c. et apud Diacon. ad h. l. Conf. de recentioribus Viri Docti ad Callim. H. in Laud. Pall. 19; Beckmann. ad Aristot. Mirab. Auscult. p. 132 seqq.; Heyn. ad Virg. l. c. Martinius in Exc. VII ad Ernestii Archaeolog. liter., quosque citat Boissonadius ad Philostr. Her. p. 602 et ad h. l.

v. 123. Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα] Plerosque Deos Herculi dona contulisse tradunt etiam Apollod. II. IV. 11, Diod. Sic. IV. 14. Sed illi thoracem eum accepisse dicunt a Vulcano, peplum a Minerva. Conf. ad Apollod. l. c. Heynius.

v. 124 est item, ut hic, Il. Λ. 19.

v. 128. θήκατο δ' ἀμφ' ὤμ. ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον i. e. ensem e balteo suspensum. Conf. Il. B. 45, Λ. 29. Miror autem Viros Doctos non offendisse ad illud σίδηρον hîc de ense usurpatum, cum non modo apud Homerum passim ἄορ et φάσγανον χάλκεον et παγχάλκεον dicantur (vid. Od. Θ. 403, T. 241, X. 79 seq.), sed etiam infra v. 221 memoretur ἄορ χάλκεον. Num igitur peculiare quid in Herculis ense obtinuisse statuendum est, ut, quemadmodum Chrysaori fuit ἄορ χρύσειον (Th. v. 283), sic illi fuerit σιδήρεον, ut esset maior eius in caedendo vis, quam quidem illa aetate satis iam cognitam habebant? Itaque instrumenta ad secandum ferrea memorantur varia Il. Δ. 485, H. in Merc. 41, 109, et videri potest in his Il. Σ. 34: δείδιε γὰρ μὴ λαιμὸν ἀποτμήσειε σιδήρῳ, ensis adeo significari, quamquam si verba illa non, ut quidam Grammatici voluerunt, intelligenda sunt de Achille, metuente ne caesi Patrocli caput Hector abscinderet, sed de Antilocho, metuente ne Achilles prae dolore ob mortem amici manum sibi inferret, etiam de cultro, qui in tentorio fuerit, cogitari potest. At certe ferri quoque usum iam in armis fuisse, hinc efficias, quod Telemachus Od. Π. 294 removeri procul a procorum convivio arma iubens, hanc adfert rationem: αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

v. 129 seq. κοίλην δὲ περὶ στ. φαρέτρην κ. τ. λ.] Recte Guietus ad h. l. »Lorum, inquit, sive fascia, ex qua pharetra »pendebat, prius in collum induebatur, et inde pharetra »a pectore, ad quod posita erat, in tergum reiiciebatur." Apud Prop. II. IX. 10 dicitur *pharetra in humero iacere*.

Notat autem Wolfius ad h. l., si res ex heroum Homericorum consuetudine iudicanda sit, pharetram cum sagittis ad πανοπλίαν non pertinere: at Herculi fortasse proprium hoc poëtam putasse et sagittas quatuor versibus exornare

voluisse. Sed quidni proprium hoc poëta putaverit? Num oblitus erat Wolfius, etiam Homerum iam Od. Θ. 224 seq. Herculis τόξα celebrasse, ut quibus maxime excelluerit, tum et Od. Λ. 607 arma et sagittas habens inducere Herculis εἴδωλον? Immo et per se credibile est, eum semper fere arcum et sagittas secum habuisse, et apud Apollodorum secundum antiquos poëtas saepissime iis usus traditur, ut adversus Hydram Lernaeam, Stymphalides aves, Geryonem, aquilam Promethei, Nessum.

Quod hîc, ut sagittarum, non item diserta arcus mentio facta est, facilem explicatum habet. Poterat arcus, in curru relictus, cito inde si rès exigeret promi, sed non tam cito pharetra e loro pendens corpori aptari poterat eo modo, qui describitur v. 120 seq.

v. 131. θανάτοιο—δοτῆρες] Ita dictum, ut Ἔργ. 356 ἅρπαξ θανάτοιο δότειρα.

v. 132. δάκρυσι μῦρον, *lacrymis madebant*, poëtice, sed audacius dictum pro lacrymas ciebant, scilicet occisorum cognatis, unde et στονόεντες ὀϊστοὶ apud Homerum Od. Φ. 12, 60. De venenatis sagittis potius intelligendum ait Goettlingius, sed vereor ut Graeca verba id sinant.

v. 134. μόρφνοιο φλεγύαο] Etym. M. p. 796 pr.: μόρφνοιο φλεγύαο· Ἡσίοδος Ἀσπίδι — τούτεστι μέλανος ἀετοῦ: tum recte φλεγύαο dictum ait ἀπὸ τοῦ φλέγειν καὶ λαμπρὸν εἶναι. Hesychio et hinc Eustathio ad Il. N p. 933, 26 φλεγύας exponitur ἀετὸς ξανθός, Suidae simpliciter γένος ἀετοῦ. Epitheton aquilae μόρφνον tribuit Homerus Il. Ω. 316, quod ab aliis exponitur *celer*, ab aliis *niger*, ab aliis *perniciosus*. Scilicet incerta est, ut origo vocabuli, ita significatio. Ab Aristotele H. A. IX. 32 (22 Schneid.) et

hinc Plinio H. N. X. 3 inter genera aquilarum recensetur μόρφνος, cui nomen fuerit etiam πλάγγος et νηττοφόνος.

v. 136. Legitur idem Il. Γ. 336, O. 480, X. 123, ut videatur in tali re poëtis pene solemnis fuisse.

v. 137. ἀδάμαντος i. e. ἐξ ἀδάμαντος, ἀδαμαντίνη. Apud Homerum nulla fit ἀδάμαντος mentio. Sed exstat illa apud Hesiodum Ἔργ. 147, Th. 161 et 188, ut infra quoque v. 231, addito epitheto χλωροῦ, ubi Heinrichius vertit *in aere pallido*, sicut hîc aeream fuisse vult galeam. Goettlingio ἀδάμας habendus videtur in numero ficticiorum metallorum vel incognitorum posteris. Itaque reprehendit Blomfieldium in Aeschyli Prom. 6 ἀδαμάντινος reddentem *ferreus*, qui tamen non omnino temere provocavit ad Hygini fab. CXLIV, ubi dicitur Prometheus in Caucaso illigatus *clavis ferreis*. Conf. et Schol. Aeschyli d. l. v. 64. In ferrum utique optime convenit Th. v. 161 tributum ἀδάμαντι epitheton πολιοῦ (conf. Il. I. 366, Ψ. 261, Od. Ω. 167.), videturque ipsum nomen ἀδάμαντος metallum significare durissimae naturae, quale est ferrum. Vid. Th. 864. Attamen Tzetzae ἀδάμας non metallum, sed λίθος ἐστὶν ἀδάμαστος, et sic Proclo quoque visum ad Ἔργ. 147, quo loco sane rei ratio haud repugnat prorsus. Sed e lapide galeam h. l., vel falcem Th. 162, quis est qui informare sibi possit?

vv. 139—318 describitur clypeus Herculis, cuius artifex, ut Achillis clypei apud Homerum, fuisse Vulcanus traditur versibus 297, 313, 319; ita ut mirum videri nequeat, si in eo multa fuisse memorantur θαύματα, res eiusmodi, quas nulla humana ars exhibere potuit. Profecta illa ab ingenio poëtae facile concedimus; at non item, eum in hac

clypei descriptiones omnia ex suo ingenio promsisse; neque ulla carmen hoc condentis vel oculis subiecta vel animo obversata fuisse humanae artis opera, quorum exemplum in informando sibi Herculis clypeo sequeretur. Quousque processerit ars Graecorum in talibus iam illo tempore, quo composita haec clypei descriptio, ignoramus iuxta atque ipsam conditi carminis aetatem. Quo recentior haec habeatur, eo probabilius fit, poëtam ex iis, quae efficta in aequalium clypeis vidisset, proficere potuisse, erecto iam tum in ornandis clypeis Graecorum studio, neque, ut credi par est, minore in iis, quam in arca Cypseli se prodente artificum industria. Sed potuerunt etiam apud antiquiores, minusque cultos adhuc Graecos multa exterorum artis opera in notitiam venire, cum apud Aegyptios, Assyrios, Phoenices, inque variis Asiae minoris regnis et civitatibus iam valde antiquo tempore haud infelicem in effingendis vario modo rerum simulacris operam extitisse, magis magisque in dies manifestum fiat, ut vel illa aetate poëta in efformandis sibi talibus habere exempla, quae sequeretur, potuerit; sicut Homerus etiam in efformando sibi Achillis clypeo, tot miris arte effictis imaginibus ornato, cum alias in Iliade magis robusti quam ornati clypei memorentur, indicio, ni fallor, Homeri aevo longe minus frequentem illum ornatum fuisse, quam fuit postea cultiore iam Graecia.

Cum igitur vero simile videatur, describentem Herculis clypeum poëtam tale quid descripsisse, quod arte humana effici atque exhiberi potuerit, ceterum additis ex ingenii fictione admirandis iis, quae artificis Dei opus decere ipsi videbantur; cumque constet insuper e versibus 236 et 270, eum clypei recensentem imagines certam aliquam earum dispositionem animo praesentem habuisse, quamvis in indicanda illa parcus fuerit, non est, ut operam plane lusisse videantur, qui, quomodo fuerint in Herculis clypeo memo-

ratae imagines dispositae, aliqua ratione nobis evidentius facere sunt conati; de quorum iam conatibus dicendum.

Effigiem igitur clypei Comes de Caylus, qualem ipse ex poëtae carmine animo conceperat, delineatam atque hinc aere expressam edi curavit in Academiae Regiae Francicae Inscriptionum Tom. XXVII. Sunt in ea circa medium orbem, in quo draco, Eris aliaeque figurae, concurrentes ad illum ab ambitu clypei Oceano, diversae duodecim areae, exhibentes totidem descriptas in carmine imagines: I. aprorum et leonum pugnam; II. Lapitharum et Centaurorum, auspicibus Marte et Minerva, pugnam; III. super nubes, concilium Deorum; infra, mare cum piscibus, iuxta adsidente piscatore; IV. Perseum et Gorgones; V. urbem obsessam; circa occisorum corpora Κῆρας; VI. Deam Ἀχλύν; VII. septem portarum urbem, inque ea nuptias; VIII. circa muros exercitium equestre; IX. messem; X. vindemiam, circaque eam vindemiatorum opera, laetitiam, ludos; XI. venationem leporum; XII. curule certamen de tripode. Sed, aut fallor, aut diligentius lecto carmine facile cuique apparebit, in illa dispositione contra poëtae mentem multa, quae ille coniunctim sibi informaverat, ab se invicem divelli; alia rursus coniunctim exhiberi, quae coniuncta eum voluisse vix putes, ut omnino adsentiendum videatur illam Caylusii dispositionem improbanti Schlichtegrollo, *Ueber den Schild des Herakles*, p. 112 seqq.

Atque hic quidem in ea disputatione, edita Gothae 1788 8[vo], novam ipse iniit rationem, multis partibus haud dubie meliorem (conf. Millin, Dictionn. des Beaux-Arts, T. I. p. 147), sed vitiosam in eo, quod contra veterum Graecorum in clypeis morem formam ἀσπίδος fuisse ovatam statuit, requiri id ratus ad praebendum singulis imaginibus locum. Probabiliter utique duodecim serpentes (v. 160 seq.), quorum nullam ferme rationem Caylusius habuerat, ita inter

se implicatos finxit, ut in medio clypeo draconem et Erin quasi corona cingerent; neque absurde porro statuit, esse in descriptione progressum a medio orbe poëtam ad alterutrum latus; quod, si dextrum fuerit, primam aream habuerit exhibentem aprorum et leonum pugnam, proximam huic, versus inferiora clypei, Lapitharum et Centaurorum pugnam, auspicibus Marte et Minerva; hinc aream, in qua Apollo, Musae, Deorumque in Olympo conventus; deinde eam aream, in qua portus et delphines; porro illam, in qua Perseus et Gorgones; supra hanc (v. 236) illam, in qua urbs obsessa, pugna ante eam, Κῆρες, Parcae, Ἀχλύς; proximam ei (v. 270), de circumiectu orbi medio, septimam, in qua pacata urbs cum omnibus pacis in ea vel circa illam operibus, ad quorum recipiendam imaginem fere omnis superior clypei pars vacarit. Voluit autem Schlichtegrollus (neque hoc absurde) omnia in clypeo sic fuisse disposita, ut imagines singulae recto figurarum statu in adspectantium oculos incurrerent, neque ad illud, ut in Caylusiana effigie, opus esset conversione clypei.

Verum enim vero neque rotunda clypei forma per se obstitit, quominus idem illud, quod Schlichtegrollus voluit, obtineri potuerit sine clypei conversione. Certe obtinetur id secundum Hermanni rationem, quam exposuit in Goettingianae editionis Hesiodi censura, Opp. T. VI. p. 204 seqq. Ei scilicet ibi p. 212, ut simplicissima, ita maxime vero similis videtur rotundi clypei divisio in quatuor areas, quarum pro variis carminis recensionibus variaverint imagines, ut in areis vel fuerint

Urbs obsessa Mars.	Urbs pacata Pallas.

vel

Vita Deorum beata Lapithae et Centauri.	Hominum opes (?) Apri et leones.

Tum ut in medio clypeo, item pro variis recensionibus, *Φόβος* fuerit cum comitatu suo, vel draco, vel Perseus. Sic sane nihil impedit, quominus imagines singulae recto figurarum statu sese adspectantium oculis obtulerint; sed iis, qui, ut in artis opere, elegantiam requirerent, id certe, quod prioris recensionis esse voluit Hermannus, vereor ut placere potuerit, in superiore parte clypei innumerae imaginum figurae, in inferiore duae tantum, Mars et Minerva. Tum opinio illa de variis recensionibus ut nullo idoneo nititur fundamento, nisi id quaeras in statuendo quaternario arearum numero, ita quo probabilis aliquo modo redderetur, Hermanno necessitatem imposuit multa in carmine novandi, nunc transpositis, nunc mutatis, nunc reiectis versuum haud paucis.

Ceterum fecisse videtur ipsa illa opinio, ut nullam Vir egregius habendam rationem esse putaret aliorum circa hanc rem industriae, cum tamen post Caylusium et Schlichtegrollum eam quoque dedita opera tractasset ingenio pariter ac doctrinae laude spectatissimus Vir Welckerus, in Dissertatione de Homerico Achillis et Hesiodeo Herculis clypeo, edita Goettingae a. 1818 in *Zeitschr. f. Gesch. und Ausleg. der alten Kunst*, p. 553 seqq.

Optime usus hic loco Aristidis T. I. p. 99 ed. Oxon., ubi meminit *ἐπ' ἀσπίδος κύκλων εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων*, explente illos medio quinto *εἰς ὀμφαλὸν* (ad quae Schol. in ed. Dind. T. III. p. 32: *ἴστεον ὅτι τὸ παλαιὸν αἱ ἀσπίδες κυκλοτερεῖς ἦσαν καὶ πέντε τοὺς σύμπαντας κύκλους εἶχον μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ, εἴτε ἐκ σφυρηλάτου χαλκοῦ, εἴτε ἄλλως πως ἐν χρώματι*) — hoc igitur loco usus Welckerus talem etiam Herculis clypeum sibi informavit orbicularem, quintuplicem, quinque laminarum orbibus, alio super alium impositis (*ἐμβεβηκόσι*), decrescente sic earum orbe, ut media atque altissima tota, ceterarum autem non nisi extrema

cuiusque ora conspiceretur, quae conspicuae partes totidem distinctae essent areae recipiendis figuris; ipsae autem inductae prima circa mediam gypso, altera ebore, tertia electro, quarta auro. Πτύχας igitur accepit, ut apud Hom. Il. H. 247, Υ. 270, damnata I. H. Vossii et aliorum interpretatione. Super dracone in medio, cingente eum ex implicatis inter se serpentibus corona, consensit cum Schlichtegrollo. Imagines autem in areis circa hanc fuisse duodecim voluit: I. pugnam aprorum et leonum; II. Lapitharum et Centaurorum pugnam, instigantibus eos Marte et Minerva; III. Apollinem, Musas, Deorum in Olympo coetum; IV. portum, delphines, piscatorem; V. Perseum et Gorgones; VI. urbem obsessam; VII. urbem beatam; VIII—XI. quatuor anni tempestates, arationem, messem, vindemiam; XII. curule certamen, proposito praemio. Has autem imagines sic distribui posse censuit in areis, ut media duas urbes exhibuerit, praecedens eam interior imagines II—V, sequens mediam exterior imagines VIII—XI; inter has autem insigniores, quo melius ab se invicem distinguerentur, duo parvula relicta intervalla fuerint, quorum unum primae imaginis feras uno ordine incedentes, alterum imaginem XII, curule certamen, repraesentaverit. Ceterum dubitanter haec proposuit, fassus imagines VIII—XII posse etiam cum beatae urbis imagine coniungendas censeri, nec certum sibi videri ipsius poëtae menti satis clare semper obversatum fuisse illud, quod ponere ac describere vellet totum, eiusque partium inter se nexum et rationem; incertum quoque esse, an non quaedam ab aliena manu in carmen venerint.

Aliquanto maiore cum fiducia postea in eadem hac re versatus est desideratissimus Vir K. O. Muellerus, cuius exstat archaeologica vindicatio scuti Herculis Hesiodei in *Zeitschr. für d. Altherthumswissensch.*, a. 1834, p. 882 seqq., vel in *Kl. deutsche Schrift.* T. II. p. 615—634. Is,

a Welckero super significatione vocabuli πτύχες dissentiens (vide infra ad v. 143), ceterum item, ut ille, in clypei orbe omnes areas orbiculatim fuisse statuit dispositas, mediam, in qua draco circum se habens ex implicatis inter se duodecim serpentibus coronam, illi autem mediae proximam, in qua pugna aprorum et leonum; circum hanc inde latioris orbem areae, cuius fuerit in superiore parte Perseus cum Gorgonibus, in inferiore conventus Deorum, in dextra Lapitharum et Centaurorum pugna, praesentibus Marte et Minerva, in sinistra portus; illi inde areae circumiectam latissimam, cuius superior pars urbem obsessam atque omnes belli miserias, inferior pacatam urbem cum omnibus pacis artibus exhibuerit, cui imaginum dispositioni consequens fuerit, ut omnia, quae ad terrorem incutiendum facerent, ad quod multa in clypeo comparata fuerunt (vid. vv. 149 seq., 162 seq.), ita fuerint in superiore clypei parte collocata, ut prae ceteris maxime adversariorum oculos ferirent; quo melius autem distinguerentur ab se invicem areae, fecisse tum varium inductum iis splendidum colorem (v. 141 seq.), tum quas poëta dixit πτύχας, ita discurrentes inter areas, ut alteram ab altera separarent, cingente omnes illas in clypei ambitu Oceano. Fateor equidem hanc Muelleri rationem mihi, ut Rankio, prae ceteris maxime probabilem esse visam. Secutus quoque in multis eam, qui plastico opere clypei imaginem exprimere studuit Schwanthalerus (vid. *Kunstblatt*, 1840, n⁰. 48), item qui postea aliam in Monacensi conventu exhibuit Widemannus (vid. *Kunstblatt*, 1843, n⁰. 19), sed hic quidem liberius in ea re versatur, ita ut hanc imaginem suam magis ad artis plasticae leges quam ad poëtae descriptionem conformaret, multa ibi memorata omitteret, alia ex suo ingenio memoratis adderet, in quo ut nimiam eum libertatem sibi indulsisse censemus, ita

facile adsentimur Goettlingio ad h. l., in iis, quae poëta memoret, multa esse eiusmodi, quae nemo artifex aliquo modo vel exsculpere vel delineare possit.

v. 139. χερσί γε μὲν σάκος εἷλε] Ad praegravem clypeum ex curru tollendum opus Herculi fuit ambabus manibus. πανάιολον, omni ex parte varium, sc. metallorum diverso, tum et eboris colore. Sic est ζωστὴρ παναίολος apud Hom. Il. Δ. 186, ubi vid. Heyn. Probabiliter autem Muellerus l. c. varia materiae genera, de quibus agitur v. 141 seq., sic disposita fuisse in clypeo coniecit, ut mediae proximaeque areae planities e gypso, sequentium prior ex ebore, altera ex electro, extrema in ora circuli ex auro fuerit.

v. 141. κύκλῳ] i. e. ἐν κύκλῳ, per totum clypei orbem. Conf. Hom. Il. Λ. 33, M. 297. Erat Herculis clypeus εὔκυκλος, ut aetate illa omnes Graecorum, teste Homero Il. E. 453. Conf. Schol. Aristid. l. c.; Eustath. ad Il. p. 828, 55, p. 996, 23; Etym. M. p. 157, 13 seqq.; Serv. et Heyn. ad Aen. III. 637.

τιτάνῳ] Tradit Suidas in v. sic dici γύψον e lapide perusto, quem seriores ἄσβεστον dixerint, itaque τίτανον Hesychius in v. ἄσβεστον exponit, addens alios sic vocare τὸ γύψου χρίσμα. Planius Tzetzes ad h. l. τινὲς μὲν γύψον μετὰ λευκοῦ ᾠοῦ. Certe quoddam fuit temperamentum calcis. Conf. Schneider ad Nicandri Alexiph. v. 43 et in Eclog. physic. 89. Ignorat τίτανον Homerus.

λευκῷ τ' ἐλέφαντι] Multum iam Homeri temporibus fuisse eboris usum in Graecia ad varia equorum, armorum, aedium, utensilium ornamenta, arguunt Il. Δ. 141 seq., E. 583, Od. Δ. 73, Σ. 195, T. 56, Φ. 7, Ψ. 200, ut profecto mirandum non sit, quod etiam inter clypei decora h. l. memoratur ebur, quamobrem haud

capio, cur illud hoc loco memoratum Heynio in Nov. Comm. Soc. Reg. Goetting. T. I. P. II. p. 111 visum sit a summa vetustate abludere.

v. 142. ἠλέκτρῳ] Erat, ut tradit Pausan. V. xii. 7, ἤλεκτρον ἀναμεμιγμένος ἀργύρῳ χρυσός. Frequentatam autem hanc temperaturam fuisse Sardibus, colligas ex Sophoclis Antig. v. 1037, ubi conf. Schol. Fuisse autem aliud fossile electrum, aliud cura factum, auctor nobis est Plinius H. N. IX. 40, XXXIII. 23. Conferre iuvabit I. H. Vossium ad Virg. G. III. 522 p. 663; Buttmann. in Lexilogo Vol. II. Fit huius ἠλέκτρου mentio etiam apud Hom. Od. Δ. 73, ad quae videndus Eustath. p. 1483, 24 seq. ὑπολαμπὲς ἔην, sublucebat. Scilicet gypsi, eboris, electri minor erat splendor, quam χρυσοῦ φαεινοῦ λαμπομένου. Vocabulum ὑπολαμπὴς alibi frustra quaeras. Simile ὑφήσσων infra v. 258. Ceterum probabiliter Heyn. ad Il. T. 398 huc referenda censuit vitiosa illa apud Apollon. in Lex. ad v. ἠλέκτωρ· παρὰ τὴν τοῦ ἠλέκτρου οὐσίαν, περὶ οὗ φησιν· ἠλέκτωρ ὑπολάμπεθ'.

v. 143. κυάνου δὲ διὰ πτύχες ἠλήλαντο.] Κυάνου Theophr. de Lapid. (p. 399 ed. Heins.), cui sua debuit Plin. H. N. XXXIII. c. ult., duo fuisse genera dicit, nativum et facticium. Erat, ut iidem auctores tradunt, nativum metallica arena colore nigricante splendido. Videntur ea iam antiquitus ita ferrum imbuisse, ut inde *caerulei* (sic Latine κύανος dicitur) splendorem illum nigricantem contraheret. Certe hoc sensu accipiendum, ubi Il. Λ. 24 in thorace Agamemnonis memorantur οἶμοι μέλανος κυάνοιο, Od. H. 87 in parietibus aedium Alcinoi θριγκὸς κυάνοιο. Iam, quales apud Homerum in Agamemnonis thorace fuisse dicuntur οἶμοι, tales fuisse videntur in Herculis clypeo πτύχες,

ab explicante Diacono non male redditae σμμάδες μέλανος ἐγγεγραμμέναι, ad visum utique in clypei superficie patentes, non laminae altera alteri superimpositae, quibus componi scutum solebat, quasque Homerus πτύχας dixit locis supra citt. Alio ducit h. l. διηλήλαντο. Itaque probabiliter coniecit Muellerus, ductas fuisse per clypeum ad magis distinguendum ab se invicem illas, v. 141 seqq. memoratas, vario colore areas. Puto autem equidem eas, quo evidentior esset distinctio, vel in clypei superficiem recessisse, vel ex ea prominuisse, quando sane appellatio πτυχῶν iis optime convenerit, ut in montibus pars vel depressior vel eminentior, quales sunt in vestibus plicae, passim πτὺξ dicitur. Vid. Od. T. 237, H. in Cer. 176, in Merc. 326, 555, in Apoll. 269. Temere igitur, etiam Rankio indice, ob usum vocabuli non Homericum, poëtae versum abiudicavit Heynius ad Il. Σ. 481.

v. 144. ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην Φόβος] Pro ἐν μέσσῳ Φοβερὸς ἦν δράκων poëtice et epice dictum, quo ipso praestat alteri lectioni, vel, ut Hermanno dicitur, recensioni ἐν μέσσῳ δ' ἀδάμαντος ἔην Φόβος, quam item extitisse arguunt haec Tzetzae in Schol. ad h. l.: σωματοποιεῖ τὸν Φόβον ἐνταῦθα, ὡς ἂν ἐν τῷ μέσῳ ἐξ ἀδάμαντος ἦν, οὐδαμῶς δυναμένου ῥηχθῆναι, ut item in Monacensi Tzetzae scholio additur: γρ. ἐν μέσσῳ δ' ἀδάμαντος. Pro hac lectione pugnans Rankius: »Primum, inquit, nexus »sententiarum fere postulat, ut materia commemoretur, »unde prima imago constiterit. Ac totum scutum si ubique »et gypso et ebore et electro et auro splendebat, praeclare »convenit, quod mediam partem ait alio fuisse colore prae»ditam aliaque ex materia eaque firmissima factam. Deinde »vero propter ea, quae sequuntur, de dracone vix cogitari »potest. Paullo post enim (vv. 161—167) invenimus ser-

»pentum imaginem accurate descriptam, ut imaginem tam »similem antea potuisse fingi vix verisimile videatur. Tum »vero de serpentibus apte dici non possunt, quae de dentibus »et fronte v. 146 et 147 enarrantur." Ad postrema haec obiicere mihi liceat, similitudinem imaginum, quam notat Rankius, non ita apparere, si distinguantur h. l. δράκων, qualis Latinis etiam *draco* dictus, et infra v. 161 memorati ὄφιες, *serpentes*. In magno draconis capite locum omnino habuit μέτωπον; suntque de dracone h. l. dicta v. 145 seq. tam similia his, quae apud Ovid. Metam. III. v. 33 seq. leguntur: *Igne micant oculi — triplici stant ordine dentes*, ut Latino poëtae obversatus videatur hic nostri locus. Quod autem attinet ad illa, quae de nexu sententiarum dixit Rankius, observari velim priora pertinuisse ad splendida illa varii generis, quibus obducta erat clypei superficies, non ad imagines seu figuras, quales e gypso certe nullae fuerunt. Ex quanam illae materia fuerint, aliquando quidem, sed non ubique narrantem videas poëtam. Provocat Rankius, quo firmetur h. l. Φόβος, ad exemplum Homeri Il. E. 739, sed ibi verba ipsa ἣν πέρι μὲν πάντη Φόβος ἐστεφάνωται non esse de persona Φόβου cogitandum arguunt. Fuit utique persona Φόβου in Agamemnonis clypeo, quem exhibuit arca Cypseli, teste Pausania V. xix. 4, ad quem item Rankius provocat, largiorque non ineptam in herois scuto fuisse talem imaginem, praesertim ita, ut in arca Cypseli expressam. Namque h. l. nisi sequentia accederent, vix cuiquam in mentem veniret de prosopopoeïa cogitare, videnturque mihi ipsa illa, quae sequuntur, minus in Φόβου personam quam in draconem convenire. Ceterum fatetur ipse Rankius, draconem in medio scuto positum per se non ineptum esse, et draconem in scuto Menelai pinxerat Polygnotus, ut refert Pausanias X. xxvi. 1, citatque similia exempla Welckerus l. c. p. 574.

v. 145. ἔμπαλιν-δεδορκὼς, *torva tuens*, ut bene redditum a Zamagna.

v. 146. ὀδόντων-λευκὰ θεόντων] Alborum dentium series significatur. Contulit iam Graevius ποίην χλωρὰ θέουσαν in Herodis Attici Consecrat. saepti v. 24, postea Heinrichius Oppiani Hal. III. 283 πλωτῶν γένος ὑγρὰ θεόντων. Citantur ab eodem, qui hunc usum verbi θέειν illustrant, Iacobs. Ann. ad Anth. Gr. Vol. II. P. II. p. 379, Eichstaedt. in Quaestt. philol. p. 82.

v. 147 seq. ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου κ. τ. λ.] Colligendum ex his videtur, draconis caput ex clypeo prominuisse umbonis instar. Super illud autem volans, item, ut videtur, obversa in hostem, efficta erat Dea Ἔρις, Discordia. Est haec etiam in Palladis aegide apud Homerum Il. E. 742. Goettlingio non est ἔρις hîc persona, sed per draconis faciem quasi volitans (expressus ea) bellandi furor! Neque Welckerus p. 575 hîc personam agnovit, ut neque agnoscenda visa est Muellero l. c. p. 884. Adsentirer, si memoratus esset Φόβος, ut apud Hom. l. c. Tum, ut recte ait Rankius, κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν, nisi de Dea sermo est, non intelligitur. Conf. huius loci, ut videtur, memor Q. Calaber V. 31 seq.

v. 148. Ad haec d'Orvillius, cuius dictata ad Scutum mecum communicavit doctissimus atque humanissimus Vir Bergmannus: »Intelligitur ὡσεὶ, *quasi*, quamvis neque isto »opus est effugio. Optimi poëtae in picturis describunt res pictas etiam in motu, et quidem vario, quasi »irent ex loco in locum, quasi alternatim aliquid facere »possent, quasi essent animatae: quare Clerici et aliorum »sunt futiles crises, qui poëtam reprehendunt quasi exce-

»dentem rerum naturam. Ita Virgilius in scuto Aeneae, »ita Homerus in scuto Achillis, ita Theocritus in poculo »pastoris Id. I, et alii in aliis picturas mobiles exhibent." Vid. etiam Obss. Misc. Vol. I. T. 1, Achillem Tatium Lib. V. c. 1.

κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν] Sic infra v. 198 *μάχην ἐθέλουσα κορύσσειν.*

v. 151. *τῶν καὶ κ. τ. λ.*] Similia de caesis in bello exstant apud Homerum Il. Λ. 3 seqq. Alia autem hîc rei enunciatio. Ceterum satis inepte recepta haec in Caylusianam clypei effigiem, quasi ipsa quoque in eo fuerint exhibita.

v. 152. *περὶ ῥινοῖο σαπείσης, pelle, quae circum ossa erat, putrefacta.* Verbum *περισήπεσθαι* alibi non exstat, *κατασήπειν* legitur Il. T. 27. *ῥινὸς* de *pelle* fem. gen. usurpatur etiam apud Euripidem in Rheso v. 780 ed. Matth. et Apollon. Rh. II. 58.

v. 153. *Σειρίου ἀζαλέοιο* sc. *ὄντος, Sirio ardente.* Genitivus est, rei tempus indicans, ut in *νυκτὸς, χειμῶνος, θέρους.* Conf. Matthiae Gr. Gr. § 378. 2. Est autem hîc etiam, ut infra v. 397 et Ἔργ. v. 417, incertum, sitne *Σείριος* de sole, an vero de canicula dictum. At certum est, effectum hîc describi per caniculae aestum caesorum cadavera torrentis solis, iisque putredinem accelerantis.

v. 154 seq. *ἐν δὲ Προΐωξίς τε κ. τ. λ.*] Videtur poëta has figuras sibi informasse item in media clypei area circa vel pone prominentiorem Discordiam dispositas, ut consuetum exhibentes eius comitatum. Quod autem tales personae vix potuerint aliqua arte satis clare exprimi, hinc

Welckerus ibid. p. 576 non minus hos duo versus, quam quatuor sequentes poëtae abiudicandos statuit. Sed dicendum potius, poëtam hîc magis suo obversatas animo imagines, quam quod exprimere possit artifex, secutum. Conf. supra d'Orvillius. Ceterum est, ut recte monuit Heinrichius, *προΐωξις persecutio victoris, παλίωξις propulsatio victi.* Homericum hoc vocabulum (vid. Il. M. 71 ibique Heyn.), non item alterum.

v. 155 *Ἀνδροκτασίη τε δεδήει* sic accipiendum, ut Il. Υ. 18 *μάχη—δεδήει*, Od. Υ. 353 *οἰμωγὴ δεδήει* i. e. fervebat, acris et vehemens erat.

vv. 156—159 exstant etiam apud Hom. Il. Σ. 535 seqq., unde plerique VV. DD. huc translatos opinantur. Heynius autem ad eum locum illos magis esse censuit Hesiodeae venae, quam Homericae. Sed certe hîc minus commode memoratur Ἔρις, cuius mentio iam facta supra v. 148. Apud Hom. l. c. v. 535 pro ἐθύνεον, quod h. l. exstat, est ὁμίλεον, et sic versum citat Plutarchus adv. Coloten p. 1113 A, a quo citantur item versus h. l. 158 et seq. in Quaestt. Platon. p. 1010 E, utroque loco non addito poëtae nomine. Quod a Grammatico in Crameri Anecdd. Ox. I. p. 55 ἐθύνεον ut Hesiodeum verbum citatur, pertinere potest ad versus infra vel 210 vel 257 vel 286. Vtrius poëtae locum Philostr. Iun. Imag. c. 10 (p. 878) respexerit, pariter incertum est. Reiectis autem quatuor his versibus, proxime sequentes duo ad memoratam v. 155 Ἀνδροκτασίην referendi erunt.

v. 160. *καναχῇσί τε βεβρυχυῖα*] Scilicet vultus ita effictus erat, ut vehementer clamantis.

vv. 161—167. Nova imago: serpentes duodecim. Quod enim v. 161 ὀφίων κεφαλαὶ memorantur, non ita accipiendum, quasi tantum capita serpentum in clypeo fuerint: nam contrarium liquet e v. 167, ubi diserte memorantur νῶτα δρακόντων, qui iidem sunt atque hic ὄφιες, serpentes; sed seorsum, ut puto, memorantur capita, quod illa ex clypeo exstantia et obversa hostibus praecipuum terrorem habebant (v. 162 seqq.).

v. 164. τῶν καὶ ὀδόντων μὲν κ. τ. λ.] Illud τῶν Rankius ad φῦλ' ἀνθρώπων retulit, quorum dentes crepuerint prae timore. Sed sic languet καὶ, quod vim habet, si dicatur ortus terror *et* ex anguinorum capitum horrendo aspectu, *et vero* e dentium stridore (καναχῇ), quem pugnante Hercule angues ederent, quasi prae ira dentibus infrendentes, ut Achilles apud Hom. Il. T. 365. Conf. et Apollon. Rh. II. 281; Virg. Aen. III. 664. Goettlingius capita serpentum ita scuto infixa fuisse putat, ut thysanorum instar propendula moverentur cum scuto sublato et ultro citroque moto, atque hinc effectum esse stridorem dentium collisis faucibus. Non nego equidem potuisse aliquo huiusmodi artificio (διά τινος μηχανῆς, ut dicitur in Schol. paraphr.) motum et crepitum serpentum dentibus conciliari. Sed tenendum est, poëtam illa non artis humanae opera, sed Vulcani θαυματὰ ἔργα nobis proponere.

v. 165. τὰ δὲ δαίετο θ. ἔργ.] Inepte Diaconus explicat: μεμερισμένα ἦσαν καὶ οὐ συγκεχυμένα, quem tamen Heinsius, Graevius aliique secuti sunt. Melius Scholia paraphr. apud Rankium ἔλαμπον ὥσπερ πῦρ καιόμενον καὶ λάμπον. A Guieto quoque expositum καίετο, pauló languidius a Bas. interprete redditum *lucebat*. Magis convenit quod Virgilius Aen. X. 262 Aeneae clypeum, item a Vulcano factum, *ardentem* dicit.

Versum 166 seq. ob oculos habuisse videtur Virgil. Aen. V. 87 seqq. Quod cyani color in serpentum tergis memoratur, facere mihi videtur ad firmandam Schlichtegrolli et Muelleri coniecturam, implexa inter se terga illa mediam aream, in qua draco, quasi corona cinxisse, ut in Hippomedontis clypeo apud Aeschylum VII contra Th. v. 497, in clypeo Aventini apud Virgil. Aen. VII. 658, nec non alteram coniecturam Muelleri, κυάνου πτύχας distinguendis ab se invicem areis inserviisse. Sic enim ad mediam aream a proxima distinguendam πτυχὸς vicem praestitit illa ex implicatis inter se serpentibus corona, simili ac ceterae πτύχες colore; videnturque mihi media clypei, si sic informemus nobis, haud fuisse elegantiae sensum habente artifice vel, si mavis, poëta indigna, nec superesse causam, cur in posterum quis cum Hermanno ad memoratos post draconem serpentes offendat.

vv. 168—177. Nova imago: suum sylvestrium s. aprorum et leonum pugna. Apud Homerum Od. Λ. 611 in Herculis balteo similiter fuisse dicuntur ἀγρότεροί τε σύες χαροποί τε λέοντες. Exstat apud eundem Il. Π. 823 seq. descripta apri et leonis pugna, sed non ita, ut dici possit inde profecisse poëta h. l.

χλούνων] In magno veterum super origine et significatione huius vocabuli dissensu, in quo exponendo multus fuit Heinrichius ad h. l., mihi adhuc standum videtur cum illis, quibus χλούνης exponitur χλοεύνης, ἐν χλόῃ εὐναζόμενος. Vid. Apollon. in Lex. et Hesychius ad χλούνην (Il. I. 539); Etym. M. p. 812, 46; Zonaras in χλούνης ibique Tittmann. Σῦς χλούνης hoc epitheto distinguitur a domestico. Vid. Callim. H. in Dian. 151 ibique Spanhem. Guietus χλούνων hîc genitivum esse voluit a χλοῦνός. At certe infra (v. 177) χλοῦναι est a χλούνης; neque, ut mihi vi-

detur, *χλοῦνος* aptum hoc loco. Namque adsentior H. Stephano in Lex., Hesychianum *χλοῦνος, χρύσεος* referenti ad pallidum in auro colorem.

v. 170 seq. *τώγε οὐδέτεροι τρεέτην.*] Pertinet dualis hic et infra v. 176 ad duo agmina aprorum et leonum, unde mox etiam *ἄμφω*. Conf. Od. Λ. 210 seq., H. in Merc. 501. Observavit Rankius, *οὐδέτεροι* apud Hesiodum exstare Th. 638, apud Homerum nihil nisi *οὐδετέρωσε* Il. Ξ. 18, ubi tamen libri nonnulli *οὐδ' ἑτέρωσε* scriptum habent, ut etiam edidit Heynius.

v. 171. *φρισσόν γε μὲν αὐχένας*, *certe quidem horrebant setis in cuiusque cervice erectis*, quod manifestum in his animalibus irae indicium. Conf. v. 391; Il. N. 473; Od. T. 446; Theocr. XXV. 244.

v. 172. *ἤδη γάρ σφιν κ. τ. λ.*] Iam enim pugnam inetiuerant et utrimque stragem ediderant, caeso hinc leone, illinc duobus apris. *λίς*, poëtica forma pro *λέων*, exstat etiam apud Hom. Il. Λ. 239, 480, Ω. 275.

v. 173. *ἀπουράμενοι*] Est activum *ἀπούρας* apud Hom. Il. Λ. 356 et alibi, *ἀπουράμενος* non nisi hoc uno loco invenitur. Passivum id cum aliis habuit Buttmann. in Lexil. T. I. p. 76. Medium esse vult Hermannus Opp. T. VI. p. 197 seq., ut referatur tam ad leonem caesum quam ad apros, et sensus sit: *qui se invicem interfecerant*, sive, ut adsensus Hermanno Rankius vertit, *qui sibi vitam eripuerant*; sed nescio an obstet, quod iacere caesi apri dicuntur sub leonibus (iungendum enim *ὑπὸ λέουσι* cum *κείατο*, non cum *τεθνηῶτες*: nam Graeci dicunt *τεθνηὼς ὑπό τινος*, non *ὑπό τινι*), nisi ibi fingas leones, utpote iam pro parte victores,

e loco, ubi primum pugnaverant, anteriora versus supra occisorum corpora progressos.

Vbi hîc κελαινὸν αἷμα in terram destillasse dicitur, dubium videri potest, sitne κελαινὸν epitheton simpliciter ornans, an voluerit eo poëta conspicuum in clypeo colorem designare, cum alioqui in hac imagine nulla sit coloris aut materiae figurarum significatio, sicut pariter in incerto relictum est, fuerintne extrinsecus applicatae ad aream figurae, an cohaerentes cum ea sive incisae seu coelo exsculptae.

v. 174. αὐχένας ἐξεριπόντες] i. e., ut recte accepit Heyn. ad Il. P. 440, κατ' αὐχένας, αὐχέσιν. Mortui iacebant deiecta cervice, quam erectam habuerant vivi. Diaconus: ῥίψαντες τὰς κεφαλὰς ἔκειντο. Contulit Heinr. Virgil. Aen. X. 714.

v. 177. χαροποὶ λέοντες, ut hîc, dicuntur etiam Od. Λ. 610, H. in Ven. 70. Variae sunt vocabuli χαροπὸς apud Hesychium in v. explicationes, nulla rei hîc significatae conveniens. Rectius ab Suida exponitur εὐόφθαλμος. Omnino leoni inditum hoc epitheton ab oculis, quemadmodum etiam id, quod supra v. 175 habuimus, βλοσυρός. Conf. Etym. M. p. 201, 7. Compositum enim χαροπὸς ex χαρὰ et ὤψ, proprie notat eum, cuius oculi sunt laeti, vividi, hinc universe acrem oculis. *Est* enim *leoni*, ut ait Plinius N. H. VIII. 16, *praecipua vis in oculis*. Ipsum λέων proprie est *acutum videns*, a λέω, unde λεύσσω.

vv. 178—190. Nova imago: Lapitharum et Centaurorum pugna. Veterem ac celebrem de ea traditionem fuisse constat etiam ex Hom. Od. Φ. 295 seqq. Neque dubium est, quin eam exornandam sibi sumserint antiquiorum poëtarum plures, ex quibus profecerit multus in ea tractanda

Ovidius Met. XII. 210 seqq. Conf. Heyn. ad Virgil. Aen. VII. 304.

v. 179. Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα] Graevius ad h. l. omnes accusativos inde ab hoc versu usque ad 183 exponendos ait per nominativos, *Caeneus rex*, *Dryas* cett., e nota loquendi formula, qua *οἱ ἀμφὶ* Πλάτωνα ponitur pro Πλάτων; unde mox etiam sequi nominativum v. 183 *ἀργύρεα κ. τ. λ.* Sed non video equidem, quomodo locum hîc inveniat nominativus, cum, si vel maxime intelligendus sit articulus, qui tamen in eiusmodi locutionibus, qualem h. l. obtinere vult Graevius, non intelligi, sed expresse addi solet, τῶν intelligendum sit, non *οἱ*, ut conveniat cum antecedente *Λαπιθάων*. Itaque vel reddendum cum antiquis interpretibus Latinis *Caeneum circa regem*, *Dryantemque* cett., vel per genitivos *Lapitharum bellatorum*, *Caenei*, *Dryantis*, cett. Sed multo simplicius est, ut *ἀμφὶ* hîc propria vocabuli significatione accipiatur, et, quemadmodum apud Homerum Il. I. 80 seqq. dicuntur custodes exiisse *ἀμφ' Ἀσκάλαφον καὶ Ἰάλμενον* aliosque (conf. ibid. v. 85 seq.), sic h. l. Lapithae pugnasse dicuntur circa ipsorum principes, ut item infra v. 184 seq. Centauri. Plures quidem, quam hîc memoratos, Ovidius memorat d. l. Memoratorum hîc Homerus Il. A. 262 seqq. cum laude memorat etiam Pirithoum, Dryantem, Caeneum, Exadium, Theseum (?). Fit Caenei praecipua mentio etiam apud Ovidium d. l. v. 172 seqq., ubi dicitur Perrhaebus, Othryos incola, v. 189 seqq., v. 459—535. Antiquae artis opera de eo memorat Welcker. l. c. p. 578. Dryantis fortia facinora celebrat Ovidius ibid. v. 296 seqq., 310 seqq. Pirithoum, in cuius nuptiis orta inter Lapithas et Centauros contentio, ob similia praedicat ibid. v. 330 seqq.

Πειρίθοόν τε] Schol. Par. G: οὗτος ὁ Πειρίθοος ἐς Θήβας

ἐλθὼν διά τινα συγγενικὸν φόνον, ὥστε καθαρθῆναι, ἤγαγε γυναῖκα Δῖαν τὴν τοῦ Βουλάτου θυγατέρα. Habet eadem ferme Tzetzes, sed nomen proprium edens Βουτάτου. Verum fuit Βουτάδου. Ab aliis Δῖα mater Pirithoi habetur, uxor Hippodamiae, Batae vel Butadae filia. Vid. Schol. Ven. A. D. ad Il. A. 263; Eustath. ad Il. p. 101, 8; Meziriac ad Ovid. Heroid. II. p. 153.

v. 180. Ὀπλέα τ' Ἐξάδιόν τε Φάληρόν τε Πρόλοχόν τε] Hoplei nulla, quod sciam, alibi facta apud veteres mentio, nisi sit idem Hoples, cuius filiam Aegeum duxisse tradit Apollod. III. xv. 6; sed vix conveniunt tempora. Exadium memorat Ovid. l. c. v. 266, non item Phalerum; sed Gortynae in Thessalia conditorem Phalerum, eundem, ut videtur, inter Argonautas celebrant Apollon. Rh. I. 96, Orpheus 142 seqq., Val. Flacc. I. 398. De Prolocho rursus incerta omnia.

v. 181. Μόψον τ' Ἀμπυκίδην, Τιταρήσιον] Mopsus, Ampyci filius, a Thessaliae vel monte vel fluvio dictus est Τιταρήσιος, etiam ab Apollon. Rh. I. 65. Conf. Orph. Arg. 128. Celeberrima fuerunt eius auguria. Vidd. poëtae laudati et Ovid. l. c. v. 455 seqq. Plura de eo dabit Burmann. in Catal. Argonautarum.

Τιταρήσιος, ut Hesiodi ἐν Ἀσπίδι, citatur ab Etym. M. p. 760, 46. Habet versum integrum Tzetz. ad Lycophr. 881, priora eius Scholia ad Lycophr. apud Bachm. Anecdd. II. p. 251.

v. 182 legitur etiam apud Hom. Il. A. 265; sed, ut recte censuerunt Wolf. in Prolegom. ad Hom. p. XXVII, Heynius et Spitzner. ad illum versum, ex hoc loco illuc translatum. De Theseo nota sunt omnia.

vs. 183 spurius visus Ruhnkenio Ep. Crit. p. 103, hinc et Heinrichio, Gaisfordio, Dindorfio. Sed recte illum tuitus est Goettlingius. Namque, ut infra Centaurorum arma memorantur, ita hic Lapitharum memoranda erant. Quod autem, ne constructio offensionem pareret, Goettlingius suppleri iussit ἦσαν, fortasse neque hoc necessarium est, cum post illa ὑσμίνη Λαπιθάων menti poëtae obversari potuerint Lapithae pugnantes. Conf. Hermannus l. c. p. 197 ad vs. 167. Agnoscunt versum Scholiastae.

v. 185. ἀμφὶ μέγαν Πετραῖον κ. τ. λ.] Scita est observatio Muelleri in Orchom. p. 197, ipsa Centaurorum h. l. nomina Πετραῖον, Ἄρκτον, Οὔρειον, Δρύαλον, Πευκείδας, feram et agrestem eorum naturam indicare. Memorat Petraeum etiam Ovid. Met. XII. 327.

Ἄσβολον οἰωνιστήν] Restituendum hoc nomen Ovidio l. c. v. 307 seq., ubi nunc est *augur Astylus*. At non recte Barnesius in carmine Fornace apud Herodot. in Vita Homeri v. 9 memoratum ibi Ἄσβετον in Ἄσβολον refictum voluit. Conf. VV. DD. in Miscell. Obss. Vol. II. p. 314 et Vol. III. p. 73. Centaurorum in illo carmine inferius demum mentio fit. Sed memoratur Asbolus Centaurus etiam apud Philostr. in Her. p. 252 ed. Boisson., Tatianum contra Graecos, Eusebium Praepar. Euang. X. p. 495, qui duo illum referunt inter antiquiores Homero scriptores.

v. 186. Ἄρκτον τ' Οὔρειόν τε μελ. τε Μίμαντα] Non memorantur alibi inter Centauros Arctus et Mimas. Sed Orei mentio fit apud Diod. Sic. IV. 12 et Pausan. III. xviii. 8. Μελαγχαίτης apud Diod. l. c. nomen est proprium; sed epitheton etiam Centauro Nesso conveniens duxit Sophocles Trach. 857. Apud Homerum non exstat.

v. 187. Πευκείδας] υἱοὺς τοῦ Πευκέως, ut Diaconus exponit. Sed neque Peucei, neque filiorum eius Perimedis et Dryali alibi, quam hîc, mentio exstat.

v. 188. χρυσέας ἐλάτας ἐν χερσὶν ἔχοντες] Apte sic etiam armorum genere designatur Centaurorum feritas. Apud Ovidium quoque l. c. eorum multi inducuntur evulsis arboribus utentes pro telis (vid. v. 327, 356 et conf. Eudocia p. 250). Ceterum ibi tumultuaria pugna, quippe subito in ipso Pirithoi nuptiali convivio orta, describitur; hîc iusta pugna, orto propter Eurytionis Centauri in illis nuptiis incontinentiam inter Centauros et Lapithas bello. Conf. Hom. Od. Φ. l. c. Ἐλάταις instructum Centaurorum thiasum memorat etiam Euripides Iphig. in Aul. v. 1046 ed. Matth. Eorundem χλωραῖς ἐλάταισιν occisum Caeneum tradit Pindarus apud Schol. Apoll. Rhod. I. 57. Centaurorum igitur arma descripsit poëta; formam non item. Eum tales eos sibi informasse, qualis fuit Centaurus in arca Cypseli, pedibus anterioribus humanis, posterioribus equinis, coniicientem videas Muellerum l. c. p. 886, cui tamen coniecturae, ni fallor, unice ortum dedit, quod carmen compositum eadem credidit aetate, qua Cypseli elaboratum fuit donarium. Conf. idem p. 881.

v. 189. συναίγδην, *concorde impetu*. Vocabulum ut Hesiodi citat Etym. M. p. 41, 31. Simplex αἴγδην exstat apud Apoll. Rh. II. 880. Aliud compositum καταίγδην, quod legitur ibid. I. 64, restituendum Eudociae p. 230 init. pro κατίγδην, quod nihili est.

ὡσεὶ ζωοί περ ἐόντες] Cum his Heynius comparans Il. Σ. 539, lectione h. l. συναίγδην admissa, sequentem inde versum insiticium habuit.

v. 190. ὠριγνῶντο] Verbum ὀριγνᾶσθαι ignorat Homerus. Vsús eo praeter nostrum poëtam Heinrichius indicat Euripid. in Bacch. 1253, ubi vid. Barnes., Theocr. Id. XXIV. 44, Aeschin. Axioch. 5. Apud Hesychium exponitur ἐπιθυμεῖσθαι, ὀρέγεσθαι. Posterius in hunc locum quadrat. Cognata sunt ὀρέγω et ὀρίγω, unde ὀρίγνημι, ὀριγνάω, cuius medium ὀριγνάομαι proprie notat *extendo me versus aliquid.* Itaque hic est: *se invicem appetebant.* Bene Tzetzes: ὠρέγοντο παρ' ἀλλήλους συναπτικῶς. Sed quae sequuntur apud eum sic supplenda: ἔγχεσι γὰρ οἱ Λαπίθαι [ἐλάτας δὲ οἱ Κένταυροι] ἀλλήλους ἠκόντιζον.

vv. 191—196. Nova imago: Mars currui insistens armatur, stipantibus eum de more (conf. infra v. 463) Pavore ac Terrore; cui imagini mox velut opposita altera vv. 197—200 Pallas bellicoso habitu. Sed fortasse utraque e mente poëtae sic cum praecedente imagine coniungenda, ut pro Centauris stare videretur Mars, pro Lapithis Pallas. Conf. Schlichtegroll. d. l. p. 65 seq., Mueller. l. c. p. 886, Rankius p. 199.

v. 192. ἐν δὲ καὶ αὐτὸς ἐν. οὖλ. Ἄρης] Vetat καὶ accedere me Wolfii sententiae, ἐν referentis ad praecedens ἵππω et explicantis ἐν ἵπποις, *in bigis.* Exponitur id demum v. 195 initio.

v. 193. πρυλέεσσι κελεύων] Sunt πρυλέες iidem fere qui πρόμαχοι, antesignani in bello. Vide docte hoc probantem Hermannum Opusc. IV. p. 288. Cognata πρύτανις, πρυμνός, *primus.*

v. 194. Φοινικόεις pronunciandum ut trisyllabum. Conf. supra dicta ad v. 95. Colore eo tinctam fuisse Martis imaginem significat.

ἐναρίζων] Non adsequor, quid sibi voluerit Goettlingius notando, hanc vocabulo ἐναρίζειν inditam interficiendi notionem nondum usurpatam esse Homericae aetati. Passim est apud Homerum ἐναρίζειν hac notione. Vide e. gr. Il. E. 155, 844.

v. 198. τῇ ἰκέλη] i. e. ita efficta, ut appareret, eam concitare velle pugnam et iamiam obire eam: namque hunc eius animum esse et gestus et arma indicabant. Memorantur ambae manus eius occupatae, altera hastam tenens, altera galeam, ut eam mox capiti impositura. Hoc intellecto, nihil est, cur cum Muetzellio de em. Th. p. 262 in not. aliquid hîc excidisse suspiceris. Similis imago apud Horat. I. xv. 11 seqq.: *Iam galeam Pallas et aegida currusque et rabiem parat*, ad quae Mitscherlich. opportune contulit et h. l. et Il. B. 446 seqq., E. 733 seqq.

v. 199. χρυσείην τε τρυφάλειαν] Vt passim in huius clypei figuris aurea arma memorantur, ita in Dea vel maxime talis memoranda erat galea; unde in variis super hoc versu coniecturis minime probamus illas, quibus pro χρυσείην vel χρυσέην, aliud quid infertur.

v. 200. αἰγίδα τ' ἀμφ' ὤμοις] Si sermo sit de clypeo, quod fere colligas e versu infra 344, cogitandum est de loro s. balteo ad humeros aptato, unde pendebat clypeus, ut ide pendente e balteo ense supra v. 128 usurpatum vidimus ἀμφ' ὤμοισιν. Conf. Il. Π. 803. Sed vel si thoracem intelligi coniicias, erat ille etiam aliqua ratione circa humeros aptandus.

vv. 201—206. Nova imago: Deorum chorus, medio Apol-

lime, in accinente cithara; proxime Olympus, Deorum sedes, referta divitiis omnis generis, exhilaratur Musarum cantu.

V. 203. [θεῶν δ' ἕδος ἁγνὸς Ὄλυμπος] Cum Codd. omnes in his tuendis consentiant (excepto, quod ἁγνὸν quidam pro ἁγνὸς), servanda haec duxi in contextu. Multum tamen abest, ut persuasum mihi habeam, poëtam ea sic edidisse. Primum illud ἁγνὸς mihi, ut aliis, minus videtur Olympo conveniens; deinde durum est omissum ἐν δ' ἦν, in quo suppleto unicum est laboranti iuncturae subveniendi remedium. At neque substitutum primum ab D. Heinsio, receptum deinde ab aliis ἄγνυτο placet, tum quod peccat in digammia, tum et magis etiam quod, ut recte iam animadvertit Bauermeisterus Obss. in Hes. carmina p. 16, nisi de gravissimo et fortissimo sono dici possit, qui non conveniat huic loco, ubi Apollo ἱμερόεν κιθαρίζει. Sane, si citatos a Graevio et Heinrichio locos, quibus usum verbi ἄγνυσθαι, qualis h. l. requiratur, confirmatum volunt, inspicias, statuendum tibi erit cum Rankio, nihil esse in iis eiusdem generis. Itaque Guietus ᾤγνυτ' Ὄλυμπος (*pandebatur* Olympus) scriptum voluit; sed hoc et longius abit a vulgata, et nescio an non, ut ὀΐγνυσθαι πύλαι, ita recte dicatur Ὄλυμπος ὀΐγνυσθαι. Facilis quidem est expediendi se ex his difficultatibus via, si vel cum Dindorfio spurium versum 203 habeas, vel cum Bauermeistero reiectis mediis iungas χρυσέῃ φόρμιγγι· θεαὶ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς; sed audacior utraque agendi ratio, et, si possit illa Bauermeisteri placere, quod sic Musae de more Apollini adiunguntur, at parum commode sic tollitur Olympi mentio, cum tamen videatur indicari debuisse initi chori locus Olympique addita imago aliquid conferre potuerit ad declarandum exhiberi Deorum chorum. Coniicit Rankius

post v. 202 aliquot excidisse, vel admissa Burmeisteri ratione, versum 206 excepisse

ἐν δ' ἀγορή· περὶ δ' ὄλβος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο
ἀθανάτων ἐν ἀγῶνι· θεῶν δ' ἕδος ἄγνυτ' Ὄλυμπος.

Cuius sententiae, in qua ille sibi acquiescendum putat, non perspicere me rationem fateor, nisi illi sic *ἄγυρις* est [illegible]pebatur, sc. affluentia divitiarum, ut messes [illegible] dicuntur. Mihi aliquando in mentem venit, esse *ἐγγύς* legendum pro *ἄγυιᾶς*, ut significetur, Olympum fuisse expressum iuxta chorum Deorum, qui egressi inde aedibus suis consererentur cum Apolline ad chorum apte aedes celebrandum, iuniores quidem hi, sedem suam retinentibus aliis, ubi in Olympo celebrabatur *ἀγορή* et *ἀθανάτων ἀγών* in summa rerum opulentia, non sine Musarum cantu, quo Deorum convivium exhilaratur etiam Il. Α. 603 seqq.

v. 204 spurium censuit Heinrichius, non sine causa utique post *ἄγνυτ'* ab eo receptum. Hermannus autem l. c. pp. 198, 211, 213, servato versu, sed post v. 206 posito, de rerum venalium foro et opibus hominum accipi illum voluit.

ὄλβος ἀπείριτος] Olympi divitias, *χρύσεον δάπεδον*, *χρύσεα δέπα* memorat etiam Hom. Il. Δ. 2 seq., Ζηνὸς *παγχρύσεον οἶκον* Eurip. in Hippol. 69.

vv. 207—215. Nova imago: portus maris, in quo delphines aliique pisces, adsidente in ripa piscatore. Priorem huius loci partem expressit imitando Virgil. Aen. VIII. 671 seqq. In porta delphines fugientesque eos pisces exhibuit etiam in Achillis clypeo Homerus Il. Σ. 22—24.

v. 207. *ἀμαιμακέτοιο θαλάσσης*] Male in Heinsiana et Graeviana redditum est *immensi maris*. Robinsonus, Schmidt, Wintert. reddidere *indomiti*, [illegible]

ναυσὶ μαχέσασθαι, ut bene Tzetzes. Conf. quae notavimus ad Th. 319. Notat Rankius de mari hac voce Homerum non usum esse, sed πόντον ἀμαιμάκετον dixisse Pindarum Pyth. I. 28.

v. 208. κυκλοτερής, circulari forma, sicut bene Basil. interpres; ut praeterquam in introitu undique cingerent eum litora.

πανέφθου κασσιτέροιο citat, ut Hesiodi ἐν Ἀσπίδι, Etym. M. p. 650, 34. Metalli πανέφθου, quod purum factum esset excoquendo, nulla fit apud Homerum mentio; sed ἄπεφθον χρυσὸν eodem sensu memorat Theognis v. 449, 1102 ed. Gaisf. Conf. Hemsterh. ad Pollucem. III. 87, VV. DD. ad Aristaen. I. Ep. 4. ed. Boissôn. p. 209 seq. κασσιτέρου, plumbi candidi (vid. Plin. H. N. XXXIV. 47), ut Hesiodus mentionem fecit Th. 861, ita aliquoties Homerus. Vid. Il. Λ. 25, Σ. 565, Φ. 592 et alibi.

v. 209 κλυζομένῳ ἴκελος non est inundanti similis, ut redditum in Heinsiana et plerisque Editionibus; sed significatur, ita effictum fuisse portum, ut agitatus fluctibus videretur. Dicuntur fluctus κλύζειν, quando agitati sonum edunt; dicitur portus in mari κλύζεσθαι, quando fluctibus agitatur. Conf. I. D. Lennep. in Animadv. ad Coluth. II. c. 8 extr.

v. 210. ἐθύνεον] A. θυνέω, pro quo apud Homerum constanter est θύνω.

ἰχθυάοντες, uenantes pisciculos. Conf. Hom. Od. Δ. 368, M. 95.

v. 211. ἀναφυσιόωντες, acceptam mare sursum efflantes. Habent enim delphines, ut balaenae, fistulam in capite, qua acceptam aquam sursum efflant. Conf. Aristot. H. A.

VIII. 2, Ovid. Met. III. 686, ubi splendida est delphinorum descriptio. Ignorat *ἀναφυσιόων* Homerus; sed, ut Rankius notat, dicitur apud Apollon. Rhod. II. 430 seq. Zetes: *ἄσπετον ἐκ καμάτοιο ἆσθμ' ἀναφυσιόων.*

v. 212. *ἐθοίνων ἔλλοπας ἰχθῦς*] Reddunt *vescebantur pisces.* Sed activum *θοινᾷ* apud Euripid. in Ione v. 982 est *epulis excipit.* Vescendi autem, seu comedendi, sensu passim idem usurpavit medium sequente accusativo. Apud Homerum nusquam invenitur activum illud verbum, sed exstat *θοινηθῆναι* medium epulandi significatione Od. Δ. 36. Itaque, ut sit h. l. qui requiritur sensus, omnino cum Rankio emendandum videtur *ἐθοινῶντ'.* Offensus activo Hermannus et hinc quorundam Codd. lectionem *ἐφοίτων* probans, accusativum *ἔλλοπας ἰχθῦς* pendere vult ab *ἀναφυσιόωντες*, quod sit *aufscheuchend*, et conferri iubet Oppianum Hal. V. 427—447, ubi narrantur piscatores in Euboeae litore ad piscatum uti auxiliantibus delphinis, qui perterrefactos pisces eo compellant, ubi facile capiantur a piscatoribus. Sed neque *ἀναφυσιόωντες* id, quod Hermannus vult, notare potest et durior est ea constructio. Ceterum quod Oppianus narrat, potuit aliquando observatum fuisse poëtae, homini Boeoto, ab Euboea non longe dissito, qui colores inde h. l. duxerit.

ἔλλοπας ἰχθῦς vertunt *mutos pisces*, dissentiente Guieto, qui vult esse *νέους καὶ οἷον ἔλλους νέβρους.* Est utique *ἔλλος* in hoc vocabulo pars primaria, *ἔλλον* autem Hesychius exponit *ἀγαθόν, γλαυκόν, χαροπόν, ἐνθαλάττιον, ταχύ, ἄφωνον, ὑγρόν, ἔλαφον νεογνόν*, quae sane interpretationes omnes verae esse vix possunt. *Ἕλλον* dictum hinnulum fuisse constat, dictamque hinc Dianam *ἐλλοφόνον.* Vid. VV. DD. ad Hesych. l. c. Sed pisces etiam *ἐλλοὺς* dixit Sophocl. in Aiace v. 1291. Quaerenda igitur signi-

ficatio, quae tam in pisces, quam in hinnulos conveniat. Iam ex omnibus, quibus ἔλλον exponit Hesychius, maxime probandum mihi videtur ταχύ, cum sit ἔλλος ab ἔλω, moveo, agito, unde ἐλάω, ἔλαφος, ἐλαφρός. Motûs autem celeritas tam est piscibus, quam hinnulis propria. Placuit tamen veterum plerisque, esse ἔλλοπας pisces dictos παρὰ τὸ ἐλλείπειν τὴν ὄπα. Vid. Hesych. in ἔλλοπες, Etym. M. p. 331, 51 ibique Sturz., Gud. p. 183, 18 seqq., Schol. ad Theocr. I. 42. Latini quoque hinc fortasse pisces eximie mutos dixere, quamquam id de omnibus verum esse negat Athen. VII. p. 308, quem sequitur Eustath. ad Hom. Od. p. 1720, 34. Et inepta certe est etymologia. Fuit autem fraudi, quod vocabuli exitum omnes ad τὴν ὄπα, vocem, retulerunt, qui potius referendus ad visum fuerat, ut in αἴθοπα, νώροπα. Vix enim dubito, quin ἔλλοπες dicti fuerint, quorum celeritas in oculos incurreret, vel qui celeriter e visu se proriperent, quod de piscibus eximie verum est. Apud Homerum non invenitur hoc vocabulum, ut neque ἔλλος de pisce.

v. 213. αὐτὰρ ἐπ' ἀυτοῖς κ. τ. λ.] Suavissimam descriptionem eleganter imitatus est Theocritus I. 39 seqq.

v. 214. δεδοκημένος hac *observandi* significatione exstat etiam Il. Θ. 730. Conf. Apollon. Lex. in v.

v. 215. ἰχθύσιν ἀμφίβληστρον] Piscibus capiendis destinatum rete ita Graece dictum, quod iactu missum pisces orbe suo captos includit, unde ἀμφιβλήστρῳ περιβάλλεται Menander dixerat in fabula Piscatore, teste Polluce X. 32. Pertinent huc etiam illa Oppiani Hal. IV. 148 seq.: οὔτε λίνοιο ἀμφιβολὰς ἐφέηκαν ἁλίστονοι ἀγρευτῆρες. Quod autem Graeci ἀμφίβληστρον, hoc Latini *rete iaculum* vel et sim-

pluriter *iaculum* vocabant. Vid. Plautus Asin. I. 1. 86; Ovid. A. A. I. 763.

Ceterum in Schol. Paris. C. haec leguntur: νεωτερικῶς (sic) τὸ γινώσκειν τὴν τοῦ ἀμφιβλήστρου χρῆσιν· ὁ δὲ Ὅμηρος ἀγκιστρευομένους αὐτοὺς οἶδε·

πέτρῃ ἔπι προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθὺν
ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ

sc. ἕλκει. Eadem habet Tzetzes, apud Ruhnkium, etiam cum citatione loci, qui est Il. Π. 407 seq. Quod autem Homerus ἀμφίβληστρον non memorat, hinc non sequitur eius aetate ignotum fuisse huius retis usum.

vv. 216—236. Nova imago: Perseus, cum continente Medusae caput pera in dorso avolans, et persequentes eum Gorgones, argumentum sane primarium in clypeo Herculis, generis a Perseo ducentis. Sic apud Apollon. Rh. I. 763 Iasonis laenae inest Phrixus cum ariete intextus, item ob generis cognationem; in clypeo Aeneae apud Virgil. Aen. VIII. 628 seqq. *genus omne futurae stirpis ab Ascanio*, Romulus et Remus, aliaeque res Romanae. Conf. omnino Heinr. ad h. l. Ipsi poëtae primarium id argumentum habitum, arguit cura ab eo in describendis singulis imaginis partibus, admirandis fere illis, diligentior adhibita.

v. 216. *ἱππότα Περσεύς*] Est *ἱππότα* commune epitheton heroum, curru vehi solitorum, ut poëtae obtrudenda non sit equi Pegasi, quo vectum Perseum alii tradiderunt, notio. Certe ab Hesiodo Th. 284 seqq. in coelum avolasse Pegasus traditur, qui, cum opus esset, ibi fulgur et tonitrua Iovi afferret. Ineptissime autem Tzetzes ad h. l.: ἔστι κατὰ τοὺς γλωσσογράφους ἱππότην ἀκούειν τὸν φυγάδα, i. e. eundem. Fuisse hanc explicationem τῶν νεωτέρων docet Hesych. in v. ἱππότης, quem vide etiam in ἱππεὺς et ἱππήλατα.

v. 217 seqq. οὔτ' ἄρ' ἐπιψαύων κ. τ. λ.] Figura Persei non ita cohaerebat cum clypeo, ut reliquae figurae, sed ad speciem erat extra clypeum, similis volanti. Pedes certe nullam clypei partem contingebant, nec apparebat omnino, quomodo clypeo inniteretur Perseus. Censet Hermannus d. l. fuisse emblema, clavulis vel cuneolis ad fundum clypei affixum, ut affixa Sphinx fuit in Parthenopaei Arcadis clypeo, quem describit Aeschyl. VII. adv. Th. v. 541 seqq. ed. Schuetz. Schlichtegroll. autem d. l. p. 75 seqq., ut e versu quidem 217 liquere agnovit, pedes figurae liberos a clypeo fuisse, attamen corpus Persei sic in clypeo coelatum statuit, ut quamvis exstans cum eo cohaereret. Sed poëtae verba in vv. 218 seq. mihi, ut Muellero d. l. p. 890, arguere videntur, voluisse eum hic miraculum agnosci ab opifice Deo editum, non humano quodam artificio paratum opus. Illud quidem οὐδαμῇ ἐστήρικτο vix est, ut ad solos pedes referas. Male enim vulgo reddunt *insistebat*, melius Bas. *infixus erat*. I. H. Vossius, *nirgend befestiget hing er*. Minus probabiliter Goettlingius, quo scilicet poëta recentior Alexandrinus videretur, eius menti obversatum fuisse statuit artificium Dinocharis, qui Arsinoës templum Alexandriae magnete lapide concamerare inchoaverat, ut in eo simulacrum eius e ferro pendere in aëre videretur. Vid. Plinius H. N. XXXIV. 42.

v. 219. παλάμαις] Rankius: »De manu artificis saepissime apud Hesiodum παλάμη usurpatur, infra 320, Theog. 580, 866., ut ap. Pind. Pyth. II. 72 alibi; in Iliade de heroibus Il. Γ. 128, E. 558."

v. 220. πτερόεντα πέδιλα, *talaria pinnata s. alata*, Perseo donata secundum quosdam a Mercurio (vid. Eratosth. Catast. c. 22, Hyginus P. A. 12), secundum antiquiores a Nymphis.

Vid. Apollod. II. I. 2; Pausan. III. XVII. 3; Eudocia p. 335. Huiusmodi talaria ipsi Mercurio abiudicans I. H. Vossius Epp. Mytholl. I. 15, neque Perseo talia a Mercurio donata, sed πτερόεντα simpliciter celeritatem, qua illa, ut Mercurium, ita Perseum ferebant, declaratam censuit; non autem, ut voluit Heinrich. Praef. p. LIX, ob πτερόεντα h. l. admodum antiquum hoc esse poëma statuit, imo diserte ibi p. 84 auctorem eius dixit Hesiodum.

v. 221. ἀμφὶ δέ μιν ἀμφὶ κ. τ. λ.] Conf. supra dicta ad v. 128.

μελάνδετον ἄορ.] Est ἄορ hîc simpliciter ensis, nec certum est, intelligi ἅρπην, ensem falcatum, cuius in Persei rebus mentio fit etiam apud Ovid. IV. Met. 726, V. 69, 80, quodque Mercurii donum fuisse auctor est Apollod. II. IV. 2., Sed Aeschylus in Phorcysin a Vulcano datum dixerat, teste Eudocia l. c. Μελάνδετα φάσγανα memorat etiam Hom. Il. O. 713, ubi Scholia Ven. B. L. V. σιδηρόδετα exponunt, ob Hesiodi Ἔργ. 151 μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος. Conf. Eurip. in Or. v. 809, 1141, ed. Matth.

v. 222. χάλκεον] Ἀδαμαντίνην ἅρπην Perseo Vulcanum fabricasse tradiderat Aeschylus d. fab., nec differt, quod ad hanc ensis materiam attinet, Apollod. l. c.

ὁ δ' ὥστε νόημ' ἐποτᾶτο] Summa celeritas significatur. Conf. Hom. Il. O. 80, Od. H. 36, ad quos locos in Scholiis citatur τὸ παροιμιῶδες· διέπτατο δ' ὥστε νόημα.

v. 223 seqq. Perseus abscissum Medusae caput (conf. Th. 280) indiderat in peram (κίβισιν). Conf. Apollod. l. c. § 2 extr., 3 init. Erat autem caput illud tam vastum, ut in pera conditum Persei totum tergum occuparet. Id poëtice sic extulit Noster, ut diceret πᾶν δὲ μετάφρενον εἶχε

καὶ [illegible]
[illegible] ferebantur. [illegible] Milesio
[illegible] Conf. [illegible]
[illegible] Tzetzes [illegible]
Eudocia l. c. Memorat etiam Homerus [illegible]
[illegible] Apollodorus I, [illegible]
quae ibi exstant [illegible]
Apollodoro censuit.

[illegible] Similiter [illegible] Il.
[illegible] dicitur [illegible] et Od.
[illegible]
Conf. et Od. [illegible]
κάρηνα memorantur infra v. 236. Attamen suaviorem
nobis [illegible] Th. 278
seq. cum Neptuno concubitus [illegible]
[illegible] Quomodo [illegible] fuerit, [illegible] Ovidio
[illegible] Met. IV, 797 sqq. ubi [illegible]
est auctores. Conf. quae notavimus ad Theog. [illegible]

[illegible] 224. [illegible] Hesiodo [illegible] M. p. 512,
[illegible] vocabulum Cyprium fuisse [illegible]
[illegible] eodem auctore [illegible] peris dicta [illegible]
[illegible] Habet [illegible]
[illegible] quaerenda [illegible]
unde etiam κιβωτός, [illegible]

v. 225. *θύσανοι δὲ κατ. φαεινοί*] Pera, e pelle animalis facta, dependentes habuit *θυσάνους*, *fimbrias*. Similiter aegis [illegible] apud Hom. Il. B, 448, Minervae Il. E, 738 Conf. et Hesiod. [illegible] Apollon. Rh. IV, 1146. [illegible]

v. 227. Ἄϊδος κυνέη, νυκτὸς ζόφον αἰνὸν ἔχουσα] Faciebat enim ea, ut caligine tectum Perseum visum aliorum falleret. Conf. Apollod. II, 4, 2 qui et galeam hanc a Nymphis eum accepisse tradit, in quo sequentem ipsum Eudocia l. c. Memorat etiam Homerus Il. E. 845 Ἄϊδος κυνέην simili effectu. Nomen autem ei ab re impositum. Namque est ἀΐς, ἀΐδος, is qui non cernitur.

v. 228. ἐῤῥίγοντες] propter metum insequentium Gorgonum. A ῥίγω, pro quo frequentatur ῥιγέω, horreo, perf. med. est ἔῤῥιγα (vid. Il. P. 175), unde novum verbum fluxit ἐῤῥίγησι, cuius partic. ἐῤῥίγων. Conf. Od. Y. 215.

v. 229. Δαναΐδης] De prima hic in tribus brevibus producta conf. Spitzner. de versu Hom. p. 72.

ἐτιταίνετο, se extendebat volando, ut est τιταινόμενος de equo celerius currente Il. X. 23. Conf. et Apollon. Rh. II. 280.

v. 230. Γοργόνες] Γοργὼν non dixere Hesiodum, sed Γοργώ, affirmat Scholiasta Ven. ad Il. Θ. 349, sive huius loci immemor, sive abiudicans hoc poëma Hesiodo. Certe serius magis invaluit Γοργών, όνος, estque frequens apud Euripidem, quem vide e. g. in Phoen. v. 459 et ad eum Valckenar., placuitque forma haec Latinis.

οὐ φαταὶ] Hesiodea vocabula sunt φατὸς et φατειός. Vid. Th. 310, Ἔργ. 3. At non sunt Homerica.

v. 231 seq. ἐπὶ δὲ χλωροῦ ἀδάμαντος κ. τ. λ.] Nempe est: καὶ σάκος ἰάχεσκε μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ βαινουσάων (αὐτῶν) ἐπὶ χλωροῦ ἀδάμαντος, magno strepitu resonabat clypeus incedentibus illis in adamante pallido. Scilicet Gorgones quoque non presse cohaerebant cum clypeo, sed moto

illo ipsae agitabantur, ac tum quidem pedibus tangentes adamantem in illo, sic faciebant, ut acutum clypeus ederet tinnitum. Confert Hermannus Euripidea in Rheso v. 301 seq. ed. Matth.; sed eius loci alia, ni fallor, ratio est.

χλωροῦ ἀδάμαντος] Infra v. 418 *χαλκὸν* dicit.

v. 233 seq. *ἐπὶ δὲ ζώνῃσι δράκοντε κ. τ. λ.*] Ovid. IV. Met. 483 de Tisiphone *tortoque incingitur angue*; sed in Gorgonum zonis duo erant angues, ita inter se impliciti nodo, ut prominerent e nodo capita. Conf. citatus a Goettlingio Heliodorus III. 4. *ἐπικυρτώοντε κάρηνα* egregie dictum ex serpentum natura, capita supra se intorquentium. Conf. Ruhnken. Ep. Cr. II. p. 189. Colores ex h. l., iudice etiam Corayo, in similis cinguli descriptione mutuatus est Heliodorus Aethiop. IV. 8.

v. 235. *λίχμαζον δ' ἄρα τώγε*] Glossa Parisini G: *ἔλειχον δὲ ἀλλήλους οὗτοι.* Guietus contra: „*τώγε*, an eas? Gorgones scilicet, illas duas Medusae sorores, *τὼ Γοργόνε* Attice, ut *τὼ χεῖρε, τὼ πηχέ.*" Verum *τώγε* hic non est accusativus, sed nominativus. Angues hi duo exsertis linguis ipsorum more sibi os lambebant. Sic dicuntur Th. 825 seq. *ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος-γλώσσῃσι δνοφερῇσι λελιχμότες*, nullo addito accusativo. Similiter Theocr. Id. XXIV. 20 de anguibus Herculi ab infesta Iunone immissis: *λιχμώμενοι ἔγχυθεν ἦλθον*; Virgil. Aen. II. 211 de serpentibus Laocoonti immissis: *sibila lambebant linguis vibrantibus ora.*

μένει δ' ἐχάρασσον ὀδόντας] Conf. supra dicta ad v. 164.

vv. 237—270. Nova imago: super Gorgonum caput posita: urbs obsessa, in cuius turribus stantes mulieres animi

anxietatem clamore et lacerando sibi genas exprimunt; extra portas urbis conferti senes, sublatis ad coelum manibus; ante urbem campus, in quo iuventus urbis ita cum hostibus pugnat, ut ante Troiam pugnatum inter Graecos et Troianos, praesentibus, ut ibi saepe ab Olympo Diis, ita hic fatalibus Deabus, quibus adstat horrenda specie Ἀχλύς. Quod autem iam ἐπὶ δὲ δεινοῖσι καρήνοις Γοργείοις ἐδονεῖτο μέγας Φόβος ad novam hanc imaginem pertinere volunt Schlichtegroll. l. c. p. 80, Heinrich., Goettl., I. H. Vossius, vereor ne horum sententiae sequens οἱ δ' obstet. Potius est, ut Φόβος intelligatur, quo terribilia Gorgonum capita intuitos illa afficiebant. Recte Rankius: »Ter eadem praepositione usus poëta singula annectit: ἐπὶ δὲ χλωροῦ ἀδάμαντος, ἐπὶ δὲ ζώνῃσι, ἐπὶ δὲ δεινοῖσι καρήνοις.«

v. 237. οἱ δ' ὑπὲρ αὐτέων] Diaconus; ἐπάνω τῶν Γοργόνων.

v. 239 seq. τοὶ μὲν-τοὶ δὲ] Duo sunt exercitus, alter oppidanorum, alter obsidentium. Alia ratio est loci Homerici Il. Σ. 509, ad quem Heynius hunc versum citans perperam accepit.

v. 242 seqq. αἱ δὲ γυναῖκες ἐϋδμήτων ἐπὶ πύργων κ. τ. λ.] Est eadem imago, sed brevius expressa apud Hom. Il. Σ. 512 seq. Potest uterque locus obversatus esse Horatio Carm. III. ii. 6, ubi conf. Mitscherl.

v. 243. χάλκεον ὀξὺ βόων] In Th. v. 311 facile ferimus Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον, sed est χάλκεον βόων de mulieribus nimium. Itaque pro χάλκεον hic legendum esse χαλκεῖον recte iam coniecit I. C. de Pauw, cuius penes me notae sunt MSS. Placuit idem Hermanno l. c.,

bene monenti, passim in hoc carmine memorari cuiusque imaginis materiam. Conf. in primis v. 192, 220, 222, 225 seq., 313, ubi prorsus eadem est positura. Tum, quo minus de veritate emendationis dubites, hoc facit, quod, quo tempore primum scriptum est hoc carmen, vel si non antiquius fuit Onomacriti aetate, tam genitivus pluralis adiectivi, quam adverbium, una eademque ratione scribi solebat ΧΑΛΚΕΟΝ. Adverbium esse maluit recentior dactylorum studiosa aetas. Potuit autem clamor mulierum in imagine ex earum ore diducto colligi.

v. 246. *ἀθρόαι ἔντοσθεν πολέων ἔσαν*] Non ab re incongruum erat, ut ante portas urbis exhiberetur globus senum, quos de liberis suis extra urbem pugnantibus sollicitudo eo compulerat, ubi possent et vulneratos excipere et fortasse ipso adspectu suo monitisque iuniores ad fortius pugnandum excitare.

v. 249 seqq. *Κῆρες κυάνεαι*] Sunt hic *Κῆρες* necis, mortem inferentes Deae, disertius *Κῆρες θανάτοιο* dictae Homero Il. B. 302, M. 326, et Pindaro apud Plutarch. Quaest. Conv. IX. 15. p. 748 B. Habuit unam harum etiam Achillis clypeus, Il. Σ. 535 seqq., ubi versus 540 brevius id exprimit, quod h. l. traditur v. 251 seqq. Exhibitae autem in Herculis clypeo *Κῆρες* convenienti iis colore *κυάνεαι* dicuntur, ut Latinis passim *mors atra*, et sic *Κῆρα μέλαιναν* Hesiodus dixit Th. 211. Cum sequente autem hic earum descriptione convenit, quod Pausanias V. xix. 6 in arca Cypseli exhibitum fuisse ait: *Πολυνείκους ὄπισθεν ἕστηκεν ὀδόντας τε ἔχουσα οὐδὲν ἡμερωτέρους θηρίου, καί οἱ καὶ τῶν χειρῶν εἰσιν ἐπικαμπεῖς οἱ ὄνυχες· ἐπίγραμμα δὲ ἐπ' αὐτῇ εἶναί φησι Κῆρα*, ubi neque huius loci obliti sunt interpretes.

Est, ut in arca Cypseli, Κὴρ singulari numero supra v. 156, Th. 211, apud Hom. Il. Σ. 535, X. 79. Plurali autem numero, ut hic, Κῆρες memorantur Th. 217, sed suspecto loco, Apollon. Rh. IV. 1665 seqq.; quodque sunt praesertim in bello infinita necis genera, μυρίαι esse Κῆρες dicuntur apud Hom. Il. M. 326 et Simonid. fr. XVIII, 20.

λευκοὺς ἐραβεῦσαι ὀδόντας] Similis constructio est apud Apollon. Rh. II. 281. Fuit autem certe ille crepitus dentium, si audiri potuit, inter clypei θαύματα; sed fortasse dicendum, poëtam, ingenii fervore abreptum, ad revera exhibita in clypeo aliquid de suo addidisse, siquidem neque omnia, quae v. 251 seqq. deinceps perpetrasse Κῆρες narrantur, simul in clypeo spectari potuerunt. Conf. supra notata ad v. 148.

v. 250. δεινωποί] Suidas et Hesychius: δεινωποί; δεινωπώδεις, φοβεροί. Num respicientes hunc locum? Certe, ut iam et Rankius notavit, neque alibi in Hesiodeis, neque usquam apud Homerum exstat δεινωπός. Dicitur autem uti μελανωπός; sed a δεινῶψ dicuntur Furiae δεινῶπες apud Sophocl. Oed. Col. 84.

δαφοιναί] Hesych. in v. bene λίαν φόνιοι explicat. Conf. Scholia paraphr. et Mosac. apud Rankium.

ἄπλητοί τε] i. e. ut Schol. paraphr. explicant, αἷς οὐ δύναταί τις πλησιάσαι, quam notionem etiam vocabulo tribuunt vv. 147, 230, 268. Conf. Muetzell. de em. Theog. p. 56, et super quatuor sic iunctis in h. v. Κηρῶν epithetis Rankius ad h. l.

v. 251 seq. πᾶσαι δ' ἄρ' ἵεντο αἷμα μέλαν πιέειν] Sanguis gratissimus habebatur inferorum potus. Sanguinem apud Homerum Od. Λ. 35 bibunt mortuorum animae. Sanguinem apud Eurip. in Alc. v. 846 bibit ipse Θάνατος,

neque etiam ob causam Theocritus Id. II, 13 Hecaten, item infernorum Deam, incedentem finxit νεκύων ἀνά τ' ἠρία καὶ μέλαν αἷμα.

v. 254. βάλλ' ὄνυχας μεγάλους] Nisi statuas versum ante hunc excidisse, censendum est, poëtae menti hic obversatum esse ἑκάστη vel τῶν Κηρῶν μία, quippe quae notio comprehenderetur praecedente πᾶσαι. Similis transitus a plurali ad singularem numerum exempla praebent Matth. Gr. Gr. § 303 et Bernhard. Synt. p. 411 seqq.

v. 255. Τάρταρον ἐς κρυόενθ'] Additum ad explicationem superioris Ἀϊδόσδε. Ceterum apud Homerum et Hesiodum Tartarus magis est locus ἔνερθ' Ἀΐδεω, Titanum aliorumque ab Iove eo detrusorum carcer, non mortuorum apud inferos sedes, ut vere monitum ab Heinrichio Praef. p. LIX et Goettlingio ad h. l., qui inde referendum hoc carmen ad recentiorem aetatem statuunt. Certe, si illud cum veterum multis Hesiodeum haberi volumus, dicendum erit, poëtam procedente aetate aliam, quam prius, Tartari sibi informasse notionem, plane ut super Eride sententiam mutavit. Sed certe non obstat hic locus, quo minus satis antiquum duntaxat hoc carmen habeatur, cum iam Theognidis aetate (vid. eius versum 1030 ed. Gaisf.) pervulgata fuerit de Tartaro mortuorum apud inferos sede opinio. Ad κρυόεντα, frigidum Tartarum conferendus Plutarchus de Primo Frigido p. 948 F.

v. 255 seq. Φρένας εὖτ' ἀρέσαντο αἵματος ἀνδρομέου] i. e. *cum sanguinis humani satis hausissent ad placandum sibi animum.* Sic enim non offendet genitivus, pro quo apud Homerum, cui frequens ceterum ἀρεσσάσθω, ἀρέσασθαι, ἀρεσσάμενος, placandi significatione dativus assumatur. Conf. Bernhardy

Synt. [illegible] 611 (Spl. p. 166). Elmsl. [illegible] incongrua mihi dictio videtur [illegible] etiam, quod Heynio, Boissonadio et (apud Rankium) Heinrichio placuit, [illegible] αὖτ' ἄρ' ἵσαντο.

v. 257. μῶλος] Est a stirpe μόω (unde Latinum [illegible]) μῶλος motus et agitatio pugnae, hinc ipsa pugna. Ineptae sunt, quae super hoc vocabulo prostant apud Apollonium Lex. ad v. et Eustathium ad Hom. variis locis.

v. 258. Κλωθὼ καὶ Λάχεσίς σφιν ἐφέστασαν] In clypeo effictae.

— ἡ μὲν ὑφήσσων Ἄτροπος κ. τ. λ.] Rankium adduxit Poëta, ut solet hac in carminis parte, res nobis ignotas quodammodo; haec vero inferior et debilior (ὑφήσσων) Atropos est, non illa fuit magna Dea. Conf. tamen quae sub contextu notavimus. Ὑφήσσων non est Homericum vocabulum; sed apte Heinrichius observavit simile esse eius Il. Σ. 519 ὑπολίζονες. Quod autem de Atropo hic traditur, poëtae nostro proprium est, neque facile nunc investigari causa potest, cur eam sibi talem finxerit. Num agnoscendus hic Auctor Theogoniae?

v. 260. προφερής τ' ἦν] Notat προφέρειν τινὸς praestare alicui. Hinc est προφερής praestans, unde προφερεστάτη in Th. 79, utuntque comparativo et superlativo passim etiam Homerus, at non positivo. Προφερὴς καὶ πρεσβύτερος similiter iunguntur ab Aeschine in Or. contra Timarchum p. 7.

v. 261. πᾶσαι] malim equidem ad solas Parcas referre, cum ob praecedentia simul intelligi Κῆρες vix possint. Quod autem ad illas reverti poëtam statuit Goettlingius, atque

versibus 258–260 leguntur, quae in parenthesi dicta accipiantur, videre est admitti posse. Offendunt VV. DD. in eq, quod cum aliis poëtis concordes Parcae [illegible] (vid. Virgil. Ecl. IV, 47), sed certe illud non hanc habere vim debet, ut propterea versum 261 et duos sequentes cum Hermanno l. c. p. 209 perperam huc intrusos, cum Rankio, versus 260–250 post v. 263 collocandos statuamus. Haud sane fuit indolis poëtae conveniens, ut Parcas hic adstare pugnae faceret nihil agentes, magis autem, ut, harum quoque saevam nobis imaginem effingeret.

v. 263. [illegible] exponit [illegible], quod in Heinsiana exemplaribus appositum [illegible]. Fortasse [illegible] interpretes reddiderant [illegible] illa clypei imagine.

[illegible], [illegible] magnitudine et [illegible] ex aequo pugnabant.

v. 264. πὰρ δ' Ἀχλὺς εἱστήκει κ. τ. λ.] Complectitur [illegible] hîc persona omnes miserias, quas bellum parit, luctum, vastitatem, [illegible]. Videtur antiquitus in usu fuisse cognatum cum γελάω verbum γλύω, niteo, splendeo, atque inde γλύς, nitor, splendor, ab hinc factum esse ἀγλύς, contracte ἀχλύς, quo proprie significaretur absentia nitoris, splendoris, lucis. Itaque apud Homerum ἀχλὺς frequentius caliginem notat, sed sine dubio significare etiam potuit moerorem, tristitiam, ut saepe ponitur φάος, lux, pro gaudio. Conf. Graev. in Lectt. Hesiod. ad h. l., Heyn. in nota subiecta ad Il. Υ. 418 seqq.

[illegible]] A σμύγω s. σμύχω, proprie *lento igne consumo*, hinc *conficio*, *absumo* (vid. Hemsterh. ad Luciani D. M. 6 extr.), verbale ortum est σμυγερός, *tabe* vel *aerumna squalidus*, unde etiam ab Etym. M. p. 721, 18 σμυγερὴ

expositum. [illegible] Hesio-
dum provocat, in cuius nomen reliquiis simplex [illegible]
[illegible]) unde videtur Etym. [illegible] locum et [illegible]
[illegible] respexisse. Formatum inde [illegible]
[illegible] est apud Hom. Od. Γ. 195. Δ. 672 [illegible]
l. c. p. 209 perperam huc intrusus, cum Ruhnkio, versus
v. 265. ἀϋσταλέη] [illegible]
Scilicet [illegible]
[illegible] squalidus
qualis est habitus miseria ac fame afflictorum. Itaque
Vlysses mendicantis habitu ἀϋσταλέος dicitur apud Home-
rum Od. Τ. 327; quod in Schol. B. exponitur αὐχμηρός.
Sic etiam est apud Apollon. Rh. II. 200 seq. de Phineo [illegible]
[illegible] Conf. Schol. et Kiess-
ling. ad Theocr. Id. XIV. 4.

λιμῷ καταπεπτηυῖα] membris fame collapsis. Ovid. Ep.
Her. XXI. 215: *Concidimus macie.* Συμπίπτειν saepe
frequens apud Hippocratem. Vid. Foësius in Ind.

v. 264. πὰρ δ' Ἀχλὺς εἱστήκει κ. τ. λ.] Complectitur

v. 266. γουνοπαχής] Rigentibus ex macie [illegible]
fame [illegible]. De Andromache super mariti morte [illegible]
Homerus Il. X. 458 [illegible] de fame
Ovid. Met. VIII. 808 seq.: *Auxerat articulos macies, genuumque rigebat orbis.* Quod si cum C. G. Muellero et Goettlingio
quorundam ut scriptorum, ita editorum librorum [illegible]
[illegible] probes, accipiendum erit *tumidis genubus* [illegible]
mis effectus indicatur. Epp. 497 [illegible]

μακροὶ δ' ὄνυχες χείρεσσιν ὑπῆσαν] Pertinent haec ad squa-
lorem tristitiae proprium. Erat mos lugentibus, ut barbam
et capillos, ita ungues alere, etiam quo aptiores sibi ha-
berent ad lacerandum genas.

D. M. 6 extr.), verbis [illegible]

v. 267. τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον] Bene Goettlingius

oculis, qui vehementer lacrymas effundunt, etiam nares humere solent; hanc autem spurcitiem in se relinquere evidentissimum est indicium animi prae summa tristitia nullam amplius munditiae curam habentis. Citans autem, quod hic exstat, Longinus de Sublim. IX. 5 ut Hesiodeum ἐπὶ τῆς Ἀχλύος, sed addito εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον, ex suo cultiore elegantiae sensu pronunciat: οὐ δεινὸν ἐποίησε τὸ εἴδωλον, ἀλλὰ μισητόν; cui quum neque nos ei refragamur. At simul agnoscere volumus, non modo hoc loco, sed passim in hac tristium Dearum descriptione sensum se prodere rudioris antiquitatis, non eam, quae fuit cultioris Graeciae, tum et idem observari posse in bene multis Theogoniae locis.

— ἐκ δὲ παρειῶν] Exscissis, ut in luctu, genis. Conf. Lucian. de Luctu c. 12; VV. DD. ad Petron. p. 666.

v. 268. ἄπλητον σεσαρυῖα] i. e. ita rictus faciem detorquens, ut propius ad eam accedere nemo facile velit. Σαίρειν, Latinis *ringi*, est ita os aperire, ut dentes appareant. Fit autem hoc in risu quidem lenius, ut apud Theocr. Id. VII. 19, in ira autem ac desperatione vehementius; quare ad haec Aristophanis in Pace v. 620 ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας, scholia notant: ἀπὸ τῶν κυνῶν ἡ μεταφορά· ὅταν γὰρ ὀργίζωνται, σεσήρασιν ἀλλήλοις.

v. 269. πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοθεν ὤμους] Notissimus etiam hic mos lugentium, pulvere sibi caput et humeros conspergere. Vid. Hom. Il. Ω. 164 sqq.; Diod. Sic. I. 91; Lucian. de Luctu c. 12. Itaque etiam Ἀχλῦι suae poeta insidentem humeris pulverem tribuit. Verbum κατενήνοθεν est etiam in Hom. H. in Cer. 276, alterum autem compositum ἐπενήνοθεν exstat Il. B. 219, K. 134; quorum ver-

beatur originem Buttmann. in Lexil. I. § 63 repetendam recte censuit ab ἐνέθω, ut Homericum Il. Λ 266 ἀνήνοθεν ab ἀνέθω, contracte ἄνθω, unde ἄνθος. Vsurpantur autem haec verba de iis, quae sunt in rei alicuius superficie.

v. 270. δάκρυσι μυδαλέη] Quaeri possit, dictumne hoc de pulvere, lacrymis in illum delapsis madente, an de ipsa Dea, ut πολλὴ δὲ κόνις κατ' ὤμους accipiendum sit, ut in parenthesi dictum. Hoc equidem cum plerisque interpretibus praeferam.

παρὰ δ' εὔπυργος πόλις ἀνδρῶν] Nova item urbis imago, παρά, iuxta (in superioribus descriptam) posita, eique vel ut opposita, magis sic elucentibus contrariis. Fuisse id in mente poëtae nescio an augeat, etiam hic in medio versu factus transitus ad describendum urbem pacatam, in qua nuptiae summa hilaritate celebrantur, vv. 270—285. Ante urbem eam, pariter atque ante alteram, supra memoratam, campus, sed in quo non nisi pacis exercentur opera, decursus equitum, aratio, messis, vindemia, caestus et luctae certamina, venatio, ludi curules de tripode certantium; vv. 285—313. Lucianus de Astrol. 22 memorans τὰς πόλιας, τὰς ἐν τῇ ἀσπίδι Ἥφαιστος ἐποιήσατο, καὶ τὸν χορόν, καὶ τὴν ἀλωήν, videri potest respexisse tum urbem hanc et supra memoratam, tum infra v. 280 et 291.

v. 271 seq. χρύσειαι δέ μιν εἶχον ὑπερθυρίοις ἀραρυῖαι ἑπτὰ πύλαι] Vix dubium esse potest, ut nec dubitatum in Scholiis paraphrasticis, quin poëta hic significare voluerit Thebas, septem portarum urbem, ἑπτάπυλον iam Homero dictam Il. Δ 406, Od. Λ 262; quam magis etiam hoc nomine celebravit nobilissima Aeschyli fabula, quamque sine dubio respexit etiam Ovidius; nescio an et huius loci memor, Met. XIII. 685 seq., ubi de cratere figuris ornato sermo est.

ἔχειν accipiendum hîc continendi ac tuendi sensu, ut usurpatum est verbum etiam Il. M. 8. Od. Ψ. 42. Innixae erant portae ὑπερθύροις, trabibus supra eas transversis. Conf. Od. H. 90. Videntur autem haec et epitheton urbis εὔπυργος pertinere ad declarandam civium in ea urbe securitatem.

In vv. 272—285 descriptio est pompae nuptialis, in qua multa inveniuntur similia iis, quae beatae urbis imago in Achillis clypeo exhibuisse proditur ab Homero Il. Σ. 491 seqq.

v. 273. εὐτρόχου ἐπ' ἀπήνης]. Accipiendum de muliebri vehiculo. Vid. Pausan. V. c. 9 et conf. Spanhem. ad Callim. H. in Lavacr. Pall. v. 3. Σῶτρα dicebantur rotarum ligna, circum quae ferrum erat ἐπίσσωτρον. Vid. Hom. Il. E. 725. Pollux I. 144. VV. DD. ad Hesych. in v. σωστρέμματα. Hinc εὔσωτρος ἀπήνη dicitur, cuius bene sunt aptata ligna. Pro εὐξέστου ἀπήνης, uti nunc legitur Il. Ω. 578, multis iam antiquitus placuit (εὐσώτρου.

v. 274. πολλὸς δ' ὑμέναιος ὀρώρει] Habet eadem Homerus Il. Σ. 492, quae, ut hîc, accipienda sunt de cantu, quo Deus Hymenaeus invocabatur. Notat autem Heynius ad illum locum, ὑμέναιον alibi in Homericis non occurrere, et nescire se, an vox diu usurpata inter ea sit, quae seriorem aetatem carminis arguant. Sed locus vocabulo non erat, nisi in nuptialis pompae et festivitatis descriptione. Puellarum fuisse Hymenaeum canere Muellerus l. c. p. 894 liquere sibi ex Pindaro Pyth. III. 30 seqq., Aeschyl. Prom. 556, Eurip. Iph. A. 1042, Theocr. Id. XVIII. Itaque etiam hoc loco v. 276 sunt Hymenaeum canentes honesta conditione virgines, intelligendae iam in v. 274. [illegible] autem qui

portant, non ὀρώρει, sed ὀρώρεν. Verum hic quidem Hymenaeum cecinisse etiam pueros arguit v. 278. Pariter in nuptiali carmine apud Catullum LX. Hymenaeum canere iubentur tam pueri v. 121 seqq., quam virgines v. 36 seqq.

v. 275 citat Etym. M. p. 300, 4. Conf. et Etym. Gud. p. 167, 3 seqq.; Orion. Theb. p. 66, 9.

σέλας εἰλύφαζε] h. e. volvebat se, facibus, dum portabantur, agitatis. Ab ἔλω, volvo, productior forma est εἰλύω; hinc εἰλύφω, εἰλυφάω, unde apud Hom. Il. Λ 156 εἰλυφόων ἄνεμος, apud Hesiodum in Th. 692 φλόγα εἰλυφόωντες, atque hinc denique εἰλυφάζω, quam formam habet etiam Homerus Il. Υ 492, ubi verbum est transitivum. Quae apud Etym. M. p. 300, 1 ut Hesiodea citantur, ἄνεμος δὲ φλόγα εἰλυφάζων, adeo sunt Homericis in proxime citato versu similia, ut errasse Etymologus in poëtae nomine videatur. Heynius ad Iliadis ll. cc. versum hunc et sequentem non esse primi poëtae censuit ob neglectum in εἰλύφαζε digamma. Fortasse pro σέλας antiquitus aliud fuit nomen unius syllabae, ex. gr. φλὸξ (conf. infra v. 451), quod posteriores digamma ignorantes et dactylorum studiosi mutaverint. Sed fortasse neque necesse sit eo recurrere, cum ipse Heynius in ἔλω, ἕλω et compositis variatum fuisse agnoscat, neque digamma habeant ἐλύσθη, ἐλυσθείς, Il. Ψ 393, Ω 510, Od. Ι 433.

Vt autem res haec relata se visendam in clypeo praeberet, efficere potuit in area clypei, qua parte haec insculpta erat, aureae materiae splendor.

v. 276. χερσὶν ἐνὶ δμῳῶν] Offendit Wolfius ad faces a famulis praelatas. Sed unde, quaeso, constat semper fuisse mares, qui praetulerint? Certe matris aliquo tempore apud Graecos id officium fuisse, tradit Schol. ad Apoll. Rh. IV.

808; citatos Euripidea in Phoenissis v. 346 seqq., ad quae videndus Valcken. Conf. quoque VV. DD. ad Petron. c. 25 p. 122; Wetsten. ad Matth. XXV. 1. Fuit, ni fallor, variatum in hac re pro variis temporibus et locis.

ταὶ δ' ἀγλαΐῃ τεθαλυῖαι] Vertunt *venustate florentes*, non male. Est enim saepe ἀγλαΐη pro venustate. Vid. Il. Z. 510, O. 267, T. 82, modo non cum Diacono eximie de vestium nitore accipias. Potest autem etiam notare *affluentiam habentes laetitiae*. Conf. supra v. 272, infra 285.

v. 277. πρόσθ' ἔκιον, *incedebant ante* iuvenes, quorum etiam infra v. 280 χορὸν ἀνάγειν dicuntur.

χοροὶ παίζοντες] Chori ludentium et saltantium puerorum et iuvenum, quo sensu frequens παίζειν, ut Latinis *ludere*. Conf. Graev. ad h. l.; Wetsten. ad I. ad Cor. X. 7; Mitscherl. ad Hor. II. xii. 19.

v. 278. ὑπὸ λιγυρῶν συρίγγων reddendum *ad canoras fistulas*, sicut mox v. 280 ὑπὸ φορμίγγων *ad citharas*, v. 281 ὑπ' αὐλοῦ *ad tibiam*. De hac significatione τοῦ ὑπό, praeter Graev. ad h. l., egerunt Kuhn. ad Diog. Laert. IX. 52, Pierson. Verisim. p. 227.

v. 279. ἄγνυτο ἠχώ, *sono percussa resonabat*. Conf. Graev. ad v. 202, ubi largam dedit locutionum eiusmodi copiam. Est a Latinorum *frangere* usurpatum hoc sensu de sono *fragor*. Ceterum, quod hic exstat, referendum ad ea, quae poeta sibi mente informavit, ut in tali re fieri solitum, non ad artificium Vulcani.

v. 281. ἔνθεν δ' αὖθ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ] Inde rursum ab alia parte supra memoratis choris, qui sc. novam nuptam exciperent, iuvenes κώμων, ludibundam ac

lasciviam saltationem, exercebant ad tibiam. Quod apud Homerum non exstat κῶμος, hinc κωμάζειν quoque Homerica atque Hesiodea aetate recentiorem et rem et locutionem esse post alios in Praef. p. LIX statuit Heinrichius, cuius iudicium probasse Goettlingius videtur. Sed, modo non accipiatur, quo sensu apud Theocr. Id. III pr. dicitur κωμάσδω, neque ut Latini interpretes h. l. acceperunt, reddentes *comissabantur*, me quidem iudice nihil obstat, quominus Homero non multo iunior poëta κώμους, quales hic describuntur, qualesque iam antiquitus in Bacchi festis solemnes erant, novisse et κωμάζειν de his usurpare potuerit. In Thebani vatis Pindari carminibus frequentissima est κώμων et κωμαζόντων mentio. Κωμάζοντα μετ' αὐλητῆρος memorat Theognis v. 1061 ed. Gaisf.

v. 283 citat, ut Hesiodi, Schol. Aristoph. ad Aves v. 1426 (1434).

ὑπ' αὐλητῆρι ἕκαστος] Suum quisque tibicinem secutus gressumque ad eius cantum moderans.

v. 284. πρόσθ' ἔκιον] Tzetzes: ἔμπροσθεν τῆς νύμφης ἐπορεύοντο. Recte, ut puto.

v. 285. προπάροιθε πόληος] In campo ante urbem. Conf. Virgil. Aen. VII. 162 seqq.; Ovid. VI. Met. 218 seqq.

v. 286. νῶθ' ἵππων ἐπιβάντες] *Tergis equorum conscensis*, quae ludicra patris exercitatio erat. In bello temporibus heroicis, quorum hic imago exhibetur, numquam ex equorum dorso pugnabant, sed viri principes currum agitabant equis iunctum. Conf. Schol. Ven. ad Il. O. 679, ubi κελητίζειν ἵπποις is dicitur, qui veloci saltu ab uno equo in alium transsilit. At est κέλης ἵππος Od. E. 371 equitem tergo vehens.

vv. 286—313 memorantur deinceps exhibita in clypeo pacis opera per varias anni tempestates: aratio, messis, vindemia et huius tempore varia lascivientium et ludentium exercitia, denique venatio et ludi curules. Videntur autem haec visenda se in clypeo praebuisse, quo ordine hic memorantur, equitantibus proximi aratores, hinc messores, et sic porro. Conf. v. 305.

v. 287. *ἤρεικον χθόνα δῖαν* citant, ut Hesiodi, Etym. M. p. 436, 52, Zonaras p. 864, atque hic quidem etiam addito *ἐν Ἀσπίδι*. Habet eadem Suidas in *ἤρεικον*, sed sine poëtae nomine.

ἤρεικον, *frangebant*, *scindebant*. Apud Hom. Il. N. 441 dicitur aliquis *ἐρεικόμενος περὶ δουρί*, hasta transfixus. De aratione autem verbum usurpavit etiam Apollon. Rh. III. 1331 seq.: *ἐρείκετο νειὸς ὀπίσσω, σχιζομένη ταύρων τε βίῃ, κρατερῷ τ' ἀροτῆρι*. Hinc compositum *κατερείκω* apud Herod. III. 66, ubi vid. Valcken.

ἐπιστολάδην δὲ χιτῶνας ἐστάλατ'] Est *στέλλομαι*, paro me ad aliquid habitu vestium. Conf. Hom. Il. Ψ. 285. Memorati hic agricolae ad arandum se paraverant veste succincta; induti erant *ἐπιστολάδην*, ita ut nihil vestium haberent praeter tunicam, eamque succinctam, cetera nudi, quo pertinent nota praecepta Hesiodi, Ἔργ. 391 seq. et Virgilii G. I. 299.

v. 288 seqq. *αὐτὰρ ἔην βαθὺ λήιον κ. τ. λ.*] In alia parte imaginis erat alta seges (conf. Il. B. 147, Λ. 560, Od. I. 134), et circa illam alii quidem (*οἵγε μὲν*) in ea metenda occupati erant, alii vero (*οἱ δ'*) in colligendis messae iam segetis manipulis.

v. 289. *αἰχμῇς ὀξείῃσι*] *Ἐν δρεπάναις ὀξείαις* Diaconus

et Scholiis paraphr. Significari id certum est. Alibi tamen haud facile notionis eius vocabulo *αἰχμῇ* tributae exempla invenies.

κορθύνοντο πέτηλα] Dicuntur hic *πέτηλα* *culmi*, rariore usu vocabuli, de quo vid. Graev. ad h. l. et Ruhnkenius ad Hom. H. in Cer. 451 seq. Epitheton additum gravitate incurvos fuisse significat. Tzetzes: *ἐπικαμπεῖς στάχυας*. Sic apud Dion. Chrys. Or. LXXVIII. p. 659 et Philippum Anth. Pal. IX. Ep. 777 *κορωνιῶν* dicitur equus collo incurvo gestiens, *γαυριῶν*, ut explicant Suidas et Hesych. in v., et similiter *κορωνίς* navis proram habens incurvam. Vid. Heyn. ad Il. B. 392.

V. 290. *βριθόμενα σταχύων*] Vult Ruhnkenius ad H. Hom. in Cer. v. 456, qui locus est huic nostro simillimus, genitivum pendere ab intelligendo *ὑπό*. Veriora docuit Bernhardy (*Wissensch. Syntax der Gr. Sprache*, p. 168), conferens cum *ἀρέσαντο αἵματος* et aliis implendi notione verbis.

V. 291, ut Hesiodi *ἐν Ἀσπίδι*, citat Etym. p. 366, 43.

ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον] Dicuntur *ἐλλεδανοί* vincula, quibus spicarum manipuli ligantur. Vid. Heyn. ad Il. Σ. 553. Est autem *ἐλλεδανός* ab *ἔλω*, *ἔλλω*, ut a *ῥίγω* *ῥιγεδανός*, a *πεύκη* *πευκεδανός*.

ἔπιπλον ἀλωήν] Est *ἔπιπλον* a *πίπλω*, quod non minus in usu fuisse potest, quam (*πίπλημι*) *πίμπλημι*. Sic *ἀναπληροῦν ἀλωάν* dixit Theocr. Id. VII. 34.

V. 292—301. Vindemia. Locum misere alienis lacíniis foedatum dicit Heynius ad Il. Σ. 563. Trium poëtarum operam in his versibus agnoscit Dindorfius, »quorum unus versui 292 adiunxerat vv. 293, 294, 295; alter eorum

loco, versus 296, 297, 298. Tertius servatis secundi prioribus, nonnisi ducentesimi nonagesimi octavi loco posuit trecentesimum." Probavit eius rationem Hermannus. Sane, ut quisque videt in v. 299 ineptissime hîc repeti versum supra 283, ita vel paulo solertioribus offensam creare debent iterata eadem versibus 293 et 296 τοὶ δ' αὖτ' ἐς ταλάρους ἐφόρευν, quae, ut recte monet Rankius, sine accusativo in v. 296 posita, ne intelligi quidem possunt. Melius se habebunt omnia resectis inter λευκοὺς καὶ μέλ. βότρ. et παρὰ δέ σφισιν ὄρχος mediis omnibus, quae Scholia, paraphr. Codicis Paris. E. non agnoscunt; quamquam scrupulum adhuc iniicit prima in τρυγητήρων producta, idque contra morem ipsi poëtae observatum in v. 292.

v. 293. Citat Etym. M. p. 634, 41 seq., ut Hesiodi: Οἱ δ' αὖτ' ἐς ταλάρους ἔφερον βότρυας μεγάλων ἀπὸ ὄρχων.

ὑπὸ τρυγητήρων] Boissonadius praepositionem accipit de inferiore positione eorum, qui uvas in calathos ferebant. Sic iam olim d'Orvillius, cuius hanc vide notam: "ὑπό, sub vindemiatoribus; namque illi decerpentes uvas erant in scalis, portatores calathorum in plano, κάμακες vocabantur illae scalae." Rankio visum, ὑπὸ τρυγ. nihil esse nisi "ducibus vindemiatoribus, iussui eorum obedientes." Sane ὑπό τινος saepe sic est aliquo causam praebente.

v. 294. βότρυας h. l. disyllabum esse recte statuit Hermann. in Orph. p. 757.

v. 296. ἐς ταλάρους ἐφόρευν, ut Hesiodi, citat Etym. M. p. 745, 3. Est autem τάλαρος qualus, seu quasillus, e viminibus textus. Hom. Il. Σ. 568, loco simili: πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν.

παρὰ δέ σφισιν ὄρχος χρύσεος ἦν, ut Hesiodi, citat

Etym. M. p. 634, 42 seq., et hunc locum respiciens Schol. Theocr. Id. I. 48, Hesiodum ὄρχον dicere ait τὴν ἐπίστιχον τῶν ἀμπέλων φυτείαν, ordinem vitium.

v. 298 integrum citant Etym. M. p. 487, 42 seq. et Zonaras Lex. p. 1147, apud quem tamen est σταφυλῇσι pro φύλλοισι.

De genere vocabuli κάμαξ videantur quae dixi in nota contextui subiecta. Sunt autem κάμακες perticae, non, ut d'Orvillius voluit, scalae.

v. 299. τοίγε μὲν αὖ παίζοντες κ. τ. λ.] Apud Homerum in sua vindemiae descriptione Il. Σ. 569 seqq. vindemiatoribus interest puer tenella voce ad citharam canens, ipsique cantantes ac tripudiantes sequuntur. Nescio an haec recordatus aliquis simile quid desiderari crediderit h. l. ideoque margini versum adscripserit supra 283, fortasse ut reciperetur in contextum post 295, qui posteriorum stupore deinceps in hunc locum receptus sit.

v. 300, ut praecedentem, uncinis inclusit Gaisford. cum Heinrichio. Est tamen, si seorsum spectetur, haud malus. Suspectum facit similitudo cum v. 295.

μελάνθησάν γε μὲν αἵδε] Nigrae quidem hae erant i. e. maturae erant. Supra v. 294 μέλανας βότρυας dixit coloris tantum habita ratione, ut manifestum ex opposito λευκούς. Alias vero μέλανες βότρυες magis sunt maturi racemi (vid. Il. Σ. 562), et μελαίνειν βότρυς dicitur, cum maturescit. Conf. Philodemi epigramm. in Anall. Brunckii T. II. p. 86 et ad illud Iacobs., ubi notat, σταφυλὴν eximie dictam fuisse uvam maturam, ut ὄμφακα immaturam. Citat Crates apud Athen. XIV. p. 653 ex vetere hymno versum αὐτῇσι σταφυλῇσι μελαίνῃσιν κομόωντες.

v. 301. *οἱ μὲν ἐτρύγων*] Teste Etym. Gudiano p. 69, 43, notaverat Epaphroditus in Ὑπομνήσει (corr. Ὑπομνήματι) Ἀσπίδος Ἡσιόδου, *τρυγᾶν* esse *αὐτὸ τὸ πατῆσαι*, unde *πρὸ τοῦ πατηθῆναι ῥεόμενον ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς ἀπότρεπτος οἶνος* diceretur. *Τρυγᾶν* proprium in hac re verbum usurpavit iam Hom. Od. H. 125.

τοὶ δ' ἤφυον] Scil. mustum e lacu. Cognata sunt *ἀφύω* et Lat. *haurio*.

vv. 301—304.] Commode mentioni vindemiae subiicitur mentio tum pugilatus et luctae, cui ludorum generi ipsa vindemiae lascivia occasionem dare potuit, tum et venationis leporum in ipsum vindemiae tempus incidentis. Citat Etym. M. p. 695, 57, ut Hesiodi: *οἶοι δ' ἐμάχοντο πύξ τε καὶ ἑλκηδόν*, vitiose in primo et postremo verbo. Est autem *ἕλκειν* proprium in lucta verbum, quod luctantium alter alterum attrahit et prosternere conatur. Homerus Il. Ψ. 714 seqq.: *Τετρίγει δ' ἄρα νῶτα θρασειάων ἀπὸ χειρῶν Ἑλκόμενα στερεῶς.* Vnde sumta ab lucta metaphora Pindar. N. IV. 154 seq.: *ἀπάλαιστος ἐν λόγῳ ἕλκει*, ubi vid. Heyn. Adde citatum a Goettlingio Nonnum Dionys. XXXVII. 560. Sed in usu quoque fuit *ἑλκέω*, unde hic *ἑλκηδόν*. Conf. item Heyn. ad Il. Z. 465.

v. 302. *ὠκύποδας λαγὸς ἤρευν*] Notandus hic accus. Doricus *λαγὸς* pro *λαγούς*, ut est apud Theocr. Id. IV. 11 *τὼς λύκως*.

ἤρευν proprium in hac re verbum. *Τὸν λαγὼ κατὰ πόδας αἱρεῖν* de eodem venationis genere dixit Xenophon Cyrop. I. vi. 40, ut *τοὺς αἱροῦντας* venatores idem de Ven. XI. 8, estque *αἱρεῖν* *venando capere* etiam apud Lucian. D. D. XIX. 2.

v. 303. *καρχαρόδοντε κύνε πρό*] Venatoribus praeibant duo canes, qui numerus in venatione solemnis erat, ut feram insequente altero alter praeverteret ac deinde facto circuitu exciperet. Vid. Il. K. 360; Arrian. de Ven. c. 16 et 20; Philostr. Iun. Imag. 3. Noti sunt duo canes Bootae. Pallantem quoque apud Virg. Aen. VIII. 461 gemini canes comitantur. Itaque, iudice etiam Wolfio, non, ut Hermanno visum, opus hîc fuit addito *δύο*. Similiter sine hoc passim apud Homerum invenias *ἵππω*, solemni ibi quoque duorum numero in bigis; item *βόε* de iugo boum Od. N. 32, Hes. Ἐργ. 430, 451.

Postpositum, ut hîc, *πρό* etiam Il. Θ. 561, K. 12, T. 118.

v. 305—313. Curule certamen ob tripodem. *ἱππῆες* (i. e. curru vecti, currum agitantes, ut passim apud Homerum) *εἶχον πόνον*, laborabant, summa contentione certabant; quod disertius poeta expressit sequentibus: *ἀμφὶ δ' ἀέθλῳ δῆριν ἔχον καὶ μόχθον*, sed parum eleganter repetito ibi *ἔχον*.

v. 305. *πὰρ δ' αὐτοῖς* docet, hanc imaginem in clypeo illi venationi proximam fuisse. Erat quidem etiam curule certamen inter pacis opera.

ἀέθλῳ hîc dictum de praemio certaminis, ut v. 311 de ipso certamine.

v. 307 seq. *ἐφίεσαν ὠκέας ἵππους Ῥυτὰ χαλάσαντες*] Latini in hac re dicunt *equos admittere*. Vid. Cic. de Fin. II. 19; Liv. II. 19. Quae *ῥυτὰ* hîc dicuntur, apud Hom. Il. Π. 475 sunt *ῥυτῆρες*, *habenae curules*, lora, quibus equi adductis sistuntur, laxatis admittuntur. *Ἱπποδέτην ῥυτῆρα* similiter dixit Sophocl. in Aiace v. 241. Auriga autem, quo *ῥυτὰ* regeret, manu tenebat aptatum iis *ῥυτα-*

γωγέα. Vid. Xenoph. de Re Eq. VII. 4, ibique Schneider.; Hemsterh. ad Poll. X. 66. Stirps est ῥύω, ομαι, traho, traho ad me, adduco. Conf. Heyn. ad locum Il. citatum.

v. 308 seq. Venuste dicuntur ἅρματα ἐπικροτεῖν, cum strepitu subsultare. Nam neutro sensu positum hic ἐπικροτέοντα. At vero Il. Θ. 453 et H. in Apoll. 234, ubi dicuntur equi κροτέειν ὄχεα, verbum est activum. Neutro autem sensu dicitur etiam apud Lucian. in Philopatr. c. 21. T. III. p. 608: τοῖς ὀδοῦσιν ἐπικροτέων, concrepans dentibus.

v. 309. πλήμνῃ] In Schol. Par. D. G. πλήμνη exponitur ἡ ὀπή, δι' ἧς ὁ ἄξων προκύπτει τοῦ ἅρματος, addito ἡ αὐτὴ δὲ λέγεται καὶ χνοὴ καὶ σύριγξ. Conf. Hom. Il. E. 726, ibique Schol. et Heyn.; Valcken. Animadv. ad Ammonium p. 197.

v. 310 seqq. οἱ μὲν ἄρ' ἀΐδιον εἶχον πόνον κ. τ. λ.] Illi curruum agitatores in clypeo perpetuum habebant laborem, neque unquam ad optatum finem perveniebant victoriae, sed anceps semper ac dubium certamen habebant. Ad tuendum h. l. ἀΐδιον, quod neque in Iliade neque in Odyssea exstat, contulit Rankius H. Hom. in Vestam v. 3: ἕδρην ἀΐδιον ἔλαχες.

v. 312. τοῖσι δὲ καὶ προὔκειτο μέγ. τρίπος] His etiam. Erat enim tripus solemne in certaminibus praemium. Conf. Ἔργ. 656, Hom. Il. X. 164, quo loco similiter est τρίπος, forma exquisitiore pro vulgari τρίπους, ut est ἀελλόπος pro ἀελλόπους Il. Θ. 409.

ἐντὸς ἀγῶνος] i. e. in ipso circi stadio, quo sensu legitur ἀγὼν etiam apud Hom. Od. Θ. 200.

vv. 314—317. In exteriore clypei ambitu expressa erat

Oceani imago cum cycnis super eum et piscibus in eo natantibus. In Achillis clypeo apud Hom. Il. Σ. 607 seq. est item haec imago Oceani ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος. Namque est ἄντυξ idem, quod hîc ἴτυς, extrema clypei ora, ἡ περιφέρεια ὅπλου. Conf. Suidas in v. Vt igitur Oceanus terrarum orbem ambire creditus veteribus, ita hîc ab utroque poëta varias rerum terrestrium in clypeo imagines fictus est circum ambiens.

v. 316. κύκνοι ἀερσιπόται μεγάλ' ἤπυον] Apte Goettlingius contulit ὑμνεῖ ἐπ' Ὠκεανοῦ cycnum canentem in Euripidis Phaëth. fr. (ed. Matth. T. IX. p. 261.)

ἀερσιπόται] altivolantes, ut est Ἔργ. 777 ἀερσιπότητος, quasi volatu in sublime se attollens.

μεγάλ' ἤπυον] magnum intonabant, clangebant, quod mihi cum Goettlingio videtur in clypeo declarasse cycnorum os apertum. Ἠπύειν universe est sonitum edere. Apud Hom. Il. Ξ. 399 usurpatur de venti fremitu, Od. Ρ. 271 de citharae sonitu, Od. Κ. 83 de clamore hominis. Hinc ἠπύτα κῆρυξ, clamosus praeco, Il. Η. 384.

v. 317. ἐκλονέοντο] natantes saliebant, lasciviebant. Κλόνος est motus incompositus. Vid. Il. Π. 729.

Scholia paraphr. in Par. E: παρ' αὐτοῖς δὲ ἐταράσσοντο οἱ ἰχθύες, φοβούμενοι μή πως ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεθῶσιν· ὅμοιοι δὲ ἦσαν οἱ ἰχθύες ζῶσι. Quorum ex postremis colligit Rankius, versum ab Scholiasta lectum qui nunc desit, eumque ferme huiusmodi: ζωοῖσιν ἴκελοι, ἔργα κλυτοῦ Ἡφαίστοιο, quo simul transitus ad sequentia muniretur. Fateor equidem, apud me Scholiastae istius paraphrasin tantum momenti non habere, ac nescio, an ibi postremis illis verbis ortum dederit, quod Scholiastes ἐκλονέοντο de vero et spectabili in clypeo piscium motu accepit, quo Vulcani arte scilicet similes essent facti viventibus.

v. 318. *θαῦμα ἰδεῖν καὶ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ*] Non ad solos referendum est pisciculos, sed ad omnem superiorem imaginem, si non ad omnia in clypeo insculpta aut aliquo modo expressa.

v. 321. *ἐπὶ δ' ἱππείου θόρε δίφρου*] Fictum id, ait Wolfius, contra Epicorum omnium morem et rationem. Sed, ni fallor, recte fingitur in currum insiliens Hercules, quo celerius obviam Cycno procedat. Neque enim iam tum facti erant sibi in propinquo obviam, sed contigit illud aliquanto post demum. Vide infra v. 345 seqq. et conf. supra v. 125.

v. 322. *εἴκελος ἀστεροπῇ κ. τ. λ.*] Quo celerior Herculis in currum insilientis motus erat, eo maiorem arma eius splendorem edebant. Itaque fulguri similis erat tum splendore, tum celeritate. Sic apud Virgil. Aen. IX. 441 ensis dicitur *fulmineus*, qui celeriter rotatus etiam fulgebat.

v. 325. *ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε κ. τ. λ.*] Venit hic Minerva auxiliatum Herculi, sicut aliis etiam in laboribus opem ei tulerat. Conf. Hom. Il. Θ. 362 seqq., apud quem similiter Il. Φ. 290, probante Iove, Minerva Achillem adiuvat.

v. 327. *Χαίρετε, Λυγκῆος γενεὴ τηλεκλ.*] Tam Iolaum quam Herculem alloquitur Minerva. Ducebat enim uterque genus ab Lynceo. Quippe Lynceus pater fuit Abantis, Abas Acrisii, Acrisius Danaës, Danaë mater Persei, Perseus pater Electryonis et Alcaei, Electryo Alcmenae, ex qua natus Hercules; Alcaeus pater Amphitryonis, hic autem Iphicli, cuius filius fuit Iolaus. Vid. Apollod. II. II. 1. IV. 5, 6, 8, 11; Tzetz. ad h. l. Itaque mox *ὔμμι δίδοῖ*.

Tria prima huius versus verba, ut Hesiodi, citat Schol. Lycophr. ad v. 1424.

v. 331. *εὖτ' ἂν δὴ Κύκνον γλ. αἰῶν. ἀμέρσῃς*] [illegible] ad h. l. Wolfius: »Admirabilis, inquit, est providentia divina. Praescit Dea, Cycnum esse defensum a patre Marte propugnatore, primum eum esse. Sed, me quidem iudice, non minus probabiliter Minerva hic inducitur sciens, quid esset utile Herculi, qualesque futuri essent pugnae inter eum Cycnumque et Martem eventus, quam apud Homerum Il. Φ. 290 sequ. cum Neptuno praescia inducitur futuri eventus pugnae inter Achillem et fluvium Scamandrum.

v. 332. *τὸν μὲν ἔπειτ' αὐτοῦ λιπέειν*] Prudens Minervae monitum huc pertinet, ne forte in exuendo Cycno occupatus Hercules minus sibi ab irruente Marte caveret. Itaque Cycni spoliationem haud prius eum peragere iubet, quam et Martem vulneratum in fugam verterit. Conf. infra v. 467 sequ.

v. 333. *αὐτὸς δὲ*] reddendum cum Wolfio *tu ipse vero*. Opponuntur sibi invicem *τὸν μὲν* et *αὐτὸς δέ*. Geelius autem meus *αὐτὸν δὲ* a poëta profectum coniicit, ut opponantur sibi invicem Cycnus interfectus et Mars.

v. 334. *ἔνθα κε γυμνωθέντα σάκευς ὕπο δαιδ.*] i. e. qua parte sub clypeo non nisi superiora corporis tegente nudatum videris. Itaque Hercules infra v. 460: *μηρὸν γυμνωθέντα σάκ. ὕπο δαιδ. Οὔτασ' ἐπικρατέως. Στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα* dixit Homerus Il. Π. 312 de eo, cuius pectus pro parte nudum clypeus reliquerat. Conf. et Il. Ν. 424, quaeque ad eum locum notavit Koeppen.

v. 338. ἐς δίφρον ἐβήσετο δῖα θεάων] Currûs, quo Minerva advenerit, nulla in superioribus mentio facta est, ut neque fit eius mentio Il. A. 194, ubi ad Achillem venisse Minerva dicitur. Num igitur statuendum, in Herculis eam currum adscendisse? Suadet quidem secuta mox mentio Iolai et equorum Herculis. Sed sic tertiam personam cepit δίφρος, quod quomodo fieri potuerit, quaerit Wolfius. Apud Homerum quidem Il. E. 835 Minerva, ut currum adscendat Diomedis, prius aurigam huius Sthenelum inde propellens deiicit. At sunt infra quoque v. 463 seqq. tres in Martis curru, Mars ipse et duo comites eius, Φόβος καὶ Δεῖμος. In Herculis autem curru non nisi pauxillum temporis tres fuerunt. Mox enim v. 370 de curru desilientem Herculem videmus. Equis autem, ne sub onere currûs fatiscerent, animum addidit Minerva v. 343.

v. 339. Erat in Minervae potestate victoriam atque inde gloriam adferre ei, cuius tutelam susceperat: iamque eas adferebat eas Minerva Herculi, cuius currum adscenderat. Hinc poëtae dicitur νίκην ἀθανάτης χερσὶν καὶ κῦδος ἔχουσα. Namque, ut bene vidit iam Heinrichius, locutionem ἔχειν ἐν χερσὶν illustrans collatis locis Il. E. 593, A. 4, Mimnermi fr. II, 6, non hic nobis informanda est Dea, qualis nonnunquam in nummis aliisque artis monumentis exhibetur, victoriam manu tenens, itaque hic quidem altera manu νίκην, altera κῦδος, quo fieret, ut neutra ei libera relinqueretur ad concutiendam aegida, infra v. 344. Neque ad hanc difficultatem tollendam indigemus Goettlingii commento, νίκην καὶ κῦδος de ipsa aegide accipientis. Ceterum vix dubitandum est, quin haec poëtae locutio in causa fuerit, cur postea Minerva νικηφόρος et diceretur et in artis monumentis eo habitu exhiberetur. Vid. Eckhel Doctr. numm. vett. I. 2. p. 214 seq. Quod Tzetzes ait:

εὐκαίρως (Schol. Par. C. ἀκαίρως) διέσταλκεν τῆς Ἀθηνᾶς τὴν νίκην, ἐν ταῖς αὐτῆς χερσὶ κατέχουσα τὴν νίκην, pertinet hoc ad Minervam ipsam Athenis Νίκην dictam et templo cultam. Vid. Pausan. I. XLII. 4.

v. 342. κονίοντες πεδίοιο exstat etiam apud Homerum Il. N. 820, Ψ. 372, 449, Od. Θ. 122, ubi genitivum pendere Grammatici volunt ab intellecto διά (vid. Schol. Ven. A. ad Il. N. l. c.; Eustath. ad Il. p. 961, 37, p. 1306, 29); redditumque sic etiam vulgo Latine *pulverem excitantes per campum*. Mihi magis est *pulverem de campo* seu *campi excitantes*. Erat κόνις in campo, cuius partem equi currentes excitabant. Conf. Bernhard. *Synt.* p. 145 seqq.

v. 344. αἰγίδ' ἀνασσείσασα] Pallas aegide concussa maiorem equis indidit ardorem. Sic apud Virg. Aen. XII. 332 seq.: *Sanguineus Mavors clypeo increpat atque furentes Bella movens immittit equos.* Apud Homerum autem Il. Δ. 167 seqq., O. 310, 321, P. 593, vibratio aegidis ad terrorem incutiendum valet. Conf. Heyn. ad Virg. Aen. VIII. 357.

Ad ἀνασσείσασα conferri Wolfius iussit Hom. H. in Apoll. v. 344. Voluit v. 403, ubi est ἀνασσείσασκε.

περιστενάχιζε δὲ γαῖα] Si Mitscherlich. ad Horat. III. IV. 56 et Rankium ad h. l. audias, ob concussam aegidem. Equidem malim cum Heinrichio ad pulsatam currus rotis et equorum pedibus terram referre. Sic apud Virgil. Aen. XII. 334 seq., ubi locum hunc imitatus videri potest: *gemit ultima pulsu Thraca pedum.* Medium περιστεναχίζεσθαι eadem significatione usurpavit Hom. Od. Ψ. 146: Τοῖσιν δὲ μέγα δῶμα περιστεναχίζετο ποσσὶν Ἀνδρῶν παιζόντων.

v. 345 seq. τοὶ δ' ἄμυδις προγένοντ'] i. e. simul vero etiam in Herculem et Iolaum progrediebantur, appropin-

quiebant, προγένοντο (ut apud Hom. Il. Σ. 525) Mars et Cycnus.

ἴκελοι πυρὶ ἢ θυέλλῃ]. Similis comparatio apud Hom. Il. N. 39: Τρῶες δὲ φλογὶ ἶσοι ἀολλέες ἠὲ θυέλλῃ. Conferri Heinrichius iubet etiam Il. Λ. 595, 746. M. 375.

348. ὀξεῖα χρέμεθον, ut Hesiodi citat Etym. M. p. 181, 46.

350. Κύκνε πέπον, τί νυ νῶϊν ἐπίσχετον ὠκέας ἵππους;] Cycnum primum alloquitur Hercules, sed quod illi Mars adstabat, non plurali numero verbi adhibito ἐπίσχετον ὠκέας ἵππους, cur in nos intenditis equos veloces?

Ad πέπον recte Wolfius ignave vertit, non pro reliqua sermonis lenitate. Adde, quod neque ignavia, quae abhorrenti bellica virtute obiiciatur, obiici ab Hercule potuit Cycno, quem sciebat ac videbat pugnae avidum in se venire. Conf. v. 458. Sed, quodnam aliud vocabulum pro improbato illo substituendum sit, neque Wolfius dixit, neque dictu facile est, et vereor ut Latinum aliquod inveniri possit, quod Graeci vim apte reddat. Κύκνε πέπον a Diacono et in Schol. paraphr. expositum est ὦ φίλε Κύκνε, ac similiter I. H. Vossius accepit reddens o Freund. Sed addit Diaconus τὸ πέπον οὐ μόνον τὸ φίλον σημαίνει, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πεπόνων, ὅτι φιλοῦμεν ἐπὶ πολὺ, ἀλλ' ἤδη καὶ τὸν κεχαυνωμένον καὶ ἔκλυτον, ὁποῖοί εἰσιν οἱ ὑπὲρ τὸ μέτριον πεπανθέντες σίκυοι ἢ πέπονες· καὶ Ὅμηρος (Il. B. 235) ἐξελέγξαι ἀπὸ ταύτης τῆς σημασίας τοὺς πέπονας· ὦ πέπονες, κάκ' ἐλέγχε', Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. Tum, inspectis aliis Homeri locis, ubi sic compellati memorantur ab amicis, Sthenelus a Diomede (Il. E. 109), Menelaus ab Agamemnone (Il. Z. 55), Achilles a Phoenice (Il. I. 252), Diomedes ab Vlysse (Il. Λ. 314), Patroclus

ab Nestore (ibid. 765), Glaucus a Sarpedone (Il. M. 322, Π. 492), Achivorum principes a Neptuno (Il. N. 120), Teucer ab Aiace (Il. O. 437, 472), Meriones a Patroclo (Il. Π. 628), Glaucus ab Hectore (Il. P. 171); Vlysses a Minerva (Od. Y. 233), — iis igitur locis inspectis apparebit, eorum qui sic appellarentur simul, quamvis amice, notari negligentiam vel tarditatem in eo faciendo, quod facere eos oportebat. Κριὲ πέπον arieti suo Cyclops Od. I. 447, quod solito tardius, neque, ut dux gregis, primus, sed postremus omnium antro exiret. Ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε, Agamemnon fratri suo (Il. Z. l. c.), qui non satis sibi consuleret, parcens Troianis pessime de ipso meritis. Sic et Hercules h. l. Cycno Κύκνε πέπον, qui pravo consilio mallet cum fortioribus ipso pugnam inire, quam illis de via discedere. Itaque accipiendum ut amice monentis eum, cuius vicem miseraretur.

v. 353. εἶκε παρὲξ ἰέναι] *Cede*, scil. de via, *ut praetergrediar*. Contulit iam Diaconus Homericum Od. B. 5 βῆ δ' ἴμεν ἐκ θαλάμοιο.

Τρηχῖνα δὲ τοι παρελαύνω, ut Hesiodi, citat, cum principio sequentis versus Schol. Sophocl. ad Trach. 39. Hercules cum in coena apud Oeneum, Calydonis regem, citra voluntatem puerum occidisset, eius caedis caussa cum uxore ac liberis exsulatum iverat Trachinem ad regem Ceycem; inde vero plurimas susceperat expeditiones, sed peractis iis iam Trachinem denuo petebat. Vid. Apollod. II. vii. 6. 7; Sophocl. Trach. l. c.; Pausan. I. xxxii. 6.

v. 355. Τρηχῖνος προβέβηκε] i. e. Trachini praeest, Trachinem tuetur. Sic apud Hom. Il. A. 37 Apollo dicitur ἀμφιβαίνειν Χρύσην.

v. 357. *θανάτοιο τελευτὴν*] idem est ac *θανάτοιο τέλος* Ἔργ. 166, Il. Γ. 309, I. 416, Λ. 451, N. 602, pro *θάνατον*.

v. 360. *ὑπὲρ Πύλου ἠμαθόεντος*] *pro Pylo arenosa*. Pertinent haec ad illustrem historiam de Pylo, Peloponnesi urbe, a Neleo condita, ab Hercule capta et eversa, interfectis etiam Nelei filiis omnibus praeter Nestorem. Vid. Hom. Il. Λ. 689 seqq.; Apollod. II. vii. 3, et ibi Heynius. Tractaverat eam Hesiodus *ἐν Καταλόγοις*, teste Schol. Ven. A. D. ad Il. B. 336.

ἠμαθόεντος] Solemne est Pyli epitheton etiam apud Homerum. Vid. Il. B. 77, I. 153, 293; Od. A. 93, B. 214, 359. Conf. et H. in Apoll. 398, 424, H. in Merc. 342. Inditum urbi quidam voluerunt a fluvio iuxta illam Amatho; alii probabilius a natura soli. Vid. Etym. M. p. 428, 54; Eustath. ad Il. A. 250; Schol. Ven. ad Il. B. 77.

v. 361. *μάχης ἄμοτον μενεαίνων*] Sic est *ἄμοτον μεμαώς* Il. X. 36, *ἄμοτον κεχολωμένος* Ψ. 567, quibus vehementia affectus significatur. Grammatici repetunt a *μότος*, quo vocabulo medici designant lintea carpta, quibus vulnera implentur; hinc esse *ἄμοτον* idem, quod *ἀπλήρωτον*. Vid. Schol. ad Il. Δ. 440, Apollon. in Lex. et Hesych. in v. Absurda autem haec etymologia, cui miror assensum praebuisse Gesnerum in Ind. Orphei, nec refragatum esse Heynium ad Il. l. c. Secundum eam apud Theocr. Id. XXV. 204 *θὴρ ἄμοτος* ab Interpretibus redditum *bellua insatiabilis*. Dubito an recte. Certe apud Moschum Id. IV. 104 *πῦρ ἄμοτον* non nisi vehementiae significationem recepit. Goettlingio *ἄμοτον* cognatum est cum *μάτην*, quod quomodo velit haud satis assequor. Equidem compositum esse puto vocabulum ex *α* intensivo et verbali a *μόω*, cui cognatum *μάω*, ut sit *intento animi motu*, *studio*. Sic

aptissime tamen apud Homerum iuncta occurrunt ἄμοτον μεμαώς, μεμαυῖα.

Ad μάχης μενεαίνων offendit Wolfius, quaerens »ubi sic?" Sane haud facile constructionis huius exemplum alibi reperias. Cum tamen μενεαίνων idem sit ac προθυμίαν ἔχων, ut explicant Scholia paraphr. h. l., mihi ferri posse illa constructio videtur. Conferri quoque fortasse possit ὀρέγεσθαί τινος.

vv. 362 seqq. Quater hastam in Martem iaculatus Hercules, ter quidem non nisi clypeum eius ferit, sed tanta vi ictus, ut casurus Mars fuisset, nisi demissa in terram manu se sustinuisset; quartum autem Martis femur vulnerat, qua parte non defensum erat clypeo corpus.

Ceterum vulneratos in hac pugna ad Pylum ab Hercule praeter Martem etiam Iunonem et Orcum perhibet Homerus Il. E. 392 seqq., ut de Orco ibi vulnerato mentio quoque fuit in tributis Hesiodo Καταλόγοις. Vid. Schol. ad Il. B. 336.

v. 363. οὐταμένου σάκεος] Sic Il. H. 258, N. 646, O. 528 σάκος οὔτασε δουρί. Latinis quoque non infrequens vulnerare pro perforare. Vide d'Orvill. in Vanno Cr. p. 309.

v. 365. ἔγχεος ὁρμῇ] *Impetu in illum hastae.* Conf. infra v. 456. Sic ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν dicitur aliquis apud Hom. Il. E. 118. Conf. Heyn. ad Il. Π. 315.

v. 366 seq. ἔνθα κε δὴ λωβητὸς κ. τ. λ.] Ad verbum: *ibi factus fuisset vituperabilis inter immortales Deos, relictis inter manus meas armis sanguinolentis.* ἔνθα κε ἐτύχθη pro ἐτύχθη ἄν (conf. Hom. Il. B. 155). Sed, tum quoque ne spoliaretur Mars, item obstitisse videtur, quod illud αἴσιμον, fato concessum, Herculi non erat.

In v. 369 postrema in ἐπιπειθόμενος ut media in quinque brevibus producta, postrema in ἐχέμεν ob sequens in ἐρυσάρματας digamma. Vt hîc habemus accus. pl. ἐρυσάρματας, ita est nomin. pl. ἐρυσάρματες apud Hom. Il. Π. 370, quod Greg. Cor. de D. Ion. § 44 dictum vult pro ἐρυσάρματοι, per metaplasmum Ionicum τοῦ οι in ες. Sic et Eustath. ad Il. p. 1064, 59. Sed esse potest ἐρυσάρματες ab ἐρυσάρμας. Vid. Heyn. ad Il. O. 354.

v. 370. Quo magis expediti pugnent, de curru desiliunt Hercules et Cycnus, ille quidem etiam, ut videtur, currûs sui onere, quod nimium erat, levandi gratia. Aurigae autem currus propius admovent, quo melius in tempore suis adsint..

vv. 374 seqq. ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς κ. τ. λ.] Comparantur Hercules et Cycnus, magno clamore in se invicem irruentes, cum duobus de montis cacumine volutis saxis, maximo cum impetu et fragore in se invicem incidentibus. Similiter apud Hom. Il. N. 137 seqq. Hector, apud Virgil. Aen. XII. 684 Turnus comparatur cum saxo, quod de montis vertice volutum obvia quaeque sternit. Sed hîc sunt duo saxa sibi invicem occurrentia. Infra autem v. 437 est saxum, quod a rupis cacumine volutum tandem in collem impingit ibique sistitur. Operae pretium fuerit conferre etiam Statium VII. Theb. 744 seqq.

v. 377. αἴγειροί τε τανύρριζοι] Sunt αἴγειροι *populi*, quae arbores proprie dicuntur τανύρριζοι, quod radices quaquaversum extendunt quam longissime. Male autem Latine ab Interpretibus redditum est *radices altas habentes;* neque enim in profundum aguntur hae radices, sed in latum, nec nisi paulo infra superficiem telluris.

v. 380. *πᾶσα δὲ Μυρμιδόνων τε πόλις κ. τ. λ.*] Vt rei hîc narratae non aliquid etiam adiiciatur ad prodigium (est per se prodigiosa satis), omnia h. l. memorata oppida Thessaliae fuisse dicendum est, ut haud dubie Thessaliae fuit *Μυρμιδόνων πόλις* Phthia, Pelei regia, quae *Μυρμιδόνων ἄστυ* dicitur Od. Δ. 9; item *Ἰαωλκός*, etiam *Ἰωλκὸς* et *Ἰωλχὸς* dicta; cumque *Ἄρνη* tam Thessaliae memoretur oppidum quam Boeotiae (vid. Steph. de Vrb. in v.; Strabo IX. p. 630 C, 633 B), de illa potius quam de hac cogitandum est. Neque Helice hîc intelligenda Peloponnesi urbs, biennio ante pugnam Leuctricam fluctibus absorpta, sed Thessaliae oppidum, iudice etiam Strabone VIII. p. 590 C, ubi testem invocat Hesiodum, Scutum Herculis aperte respiciens, vel h. l. vel infra v. 475, ubi Arne et Helice memorantur in vicinia Trachinis sitae. Nec proinde dubitandum, quin fuerit etiam Thessaliae urbs quaedam Anthea, quod nomen, ut pluribus urbibus ob similem loci naturam conveniens, ita pluribus etiam inditum fuit.

Ad *Μυρμιδόνων πόλις* Schol. Paris. C: *Φαρσαλία*, et in margine: *δύναται λέγειν καὶ τὴν Θεσσαλίαν*. Schol. Paris. G: *τὴν Φαρσαλίαν καὶ τὴν Θεσσαλίαν*. Vell. I. 3: *Thessalus eam regionem armis occupavit, quae nunc ab eius nomine Thessalia appellatur, ante Myrmidonum vocitata civitas.* Saepe utique *πόλις* usurpatur hac significatione, sed hîc de urbe dici docet adiecta oppidorum mentio.

Ad v. 381 Schol. Par. B: *τὰ περὶ Λαρίσσαν λέγει μέρη.* Ad *Ἄνθεια* Schol. Par. C. G: *πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ*, Schol. Par. F: *πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ καὶ Λυδίᾳ. ὁμοίως δὲ καὶ Φρυγίας καὶ Βοιωτίας.* Habet plures etiam Steph. de Vrb. in v. *Ἄνθεια.*

v. 383. *μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα Ζεύς*] Iupiter tonans

ac sanguinolentum imbrem demittens Herculi victoriam, Cycno caedem portendebat. Conf. Hom. Il. Θ. 170, Λ. 53 seqq., Π. 459.

v. 384. *ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας*] A *ψίω*, *rado*, radendo minuo, attenuo, *ψιάδες* et *micae* dicuntur et *guttae* tenuissimae, quae et *ψακάδες* dictae a *ψάω*, *ψάκω*. Conf. Herod. III. 10, ibique Wessel. *Αἱματοέσσας ψιάδας* habet etiam Homerus Il. Π. l. c., easdem *ἐέρσας αἵματι μυδαλέας* vocans Il. Λ. l. c. Zonarae *ψιὰς* est *ἡ δρόσος*, Hesychio *ψιάδες* sunt *ψακάδες*, *ῥανίδες*, *σταγόνες*. Apud Apollonium in Lex. vocabulum Homericum interpretantem alia eius forma exstat *ψεκάδες* a *ψέω*.

vv. 386—392. Nova comparatio Herculis cum apro venatores invadente. Nihil hac comparatione apud poëtas frequentius. Vid. Hom. Il. Λ. 414, Ν. 471 seqq.; Apollon. Rh. III. 1351 seqq.; Virgil. III. G. 256, X. Aen. 707 seqq.; Stat. XI. Theb. 350 seqq.

v. 386. *χαλεπὸς προϊδέσθαι*] Quaerit Wolfius: „quis ita et quid est?" Imo est aper, qui *ἐν βήσσῃς ὄρεος*, *ἐν ξυλόχῳ βαθείῃ*, *ἐν λόχμῃ πυκινῇ* (vid. Il. Λ. 415, Od. Τ. 439) latens, hinc est *χαλεπὸς προϊδέσθαι*, *χαλεπὸς ὥστε θεαθῆναι*, ut reddunt Scholia paraphr.; quem non facile videas, antequam e latebra prorumpat. Conf. omnino locus Odyss. citatus. Pessime reddidere Latini Interpretes *saevus* vel *asper* vel *acerbus aspectu*.

Apud Homerum non *προϊδέσθαι*, sed passim activum occurrit, *προϊδών*, *προϊδόντε*, *προΐδωσιν*. Vid. Il. Ρ. 756, Σ. 527, Χ. 275; Od. Δ. 396, Ε. 393.

v. 388. *θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα*] Notum hoc de apro,

nec praetermissum ab Homero Il. α. Acuit autem aper dentes ad saxa vel truncos arborum terendo (vid. Ovid. VIII. Met. 369), nec potest facere hoc nisi δοχμωθείς, *inflexus*, *incurvatus*.

v. 389 seq. ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιχόωντι Λείβεται] A μάω, unde μάσσω et Lat. *mando*, ortum etiam est μασάω, *manducare*, *dentibus subigo*; hinc μάσταξ ipsum os apud Lycophr. in v. 1453; at μάσταχα Photius explicat μάσημα, τροφήν, et μαστάζειν edendi significatione est apud Nicandr. Ther. 918; cui verbo cognatum fuit alterum μαστίζειν, unde μαστιχή, et hinc μαστιχάω, *manduco*, dentes ad cibum subigendum moveo, unde etiam apud Latinos medicos in usu sunt *masticatio* et *masticatus*. Conf. Apul. de Herbis c. 70 et Coelius Aurelian. Tard. pass. IV. 3. Est autem hîc μαστιχόωντι dentes prae ira moventi, dentibus frendenti. Hom. Il. Λ. 417 de apro: ὑπαὶ δέ τε κόμπος ὀδόντων Γίγνεται. Stridorem dixit Ovid. VIII. Met. 287: *Fervida cum rauco latos stridore per armos Spuma fluit.* Namque haec ipsa dentium collisio spumam excitat. Virg. IV. Aen. 135: *Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit.*

v. 390. ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην]. Verba sunt Homeri Il. A. 104, sed de homine; at Il. N. 474 de apro dicitur: ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον. Conf. et Od. T. 446; Ovid. l. c. v. 284.

v. 391. ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας] Sic supra v. 171: φρίσσον γε μὲν αὐχένας ἄμφω. Hom. Od. l. c.: φρίξας εὖ λοφιήν. Virgil. X. Aen. 711: *Substitit, infremuitque ferox et inhorruit armos.*

v. 392. τῷ ἴκελος Διὸς υἱὸς ἀφ' ἱππείου θόρε δίφρου]

Supra iam v. 370 desiluisse eum dixerat de curru. Sed hoc non contentus poëta declaratum voluit, qualis fuerit Hercules desiliens. Fatendum tamen minus commode repeti hîc desilientis mentionem, tot iam interiectis inter hanc et priorem, quibus adeo iam congressi pugna Cycnus et Hercules narrantur. Vid. vv. 378 seqq. Dandus fuerat huic, ceterum eleganter elaboratae comparationi locus statim post v. 370. Sed omnino de huius etiam carminis auctore verum est, quod de auctore Theogoniae bene monuit Muetzellius de em. Th. p. 101. Conf. noster ad Theog. Commentarius p. 200.

vv. 393—401. Significatur anni tempus, quo commissa pugna. Scilicet aestas erat, eaque iam summa et plena; quo tempore cicada in arboribus canit et aristae milii surgere incipiunt, nonnihil etiam variantibus iam uvis.

vv. 393 seqq. Canentis cicadae in aestatis descriptione frequens est ac fere solemnis mentio. Vide Ἔργ. 582 seqq.; Aristoph. in Pace 1159; Virgil. Ecl. II. 13, G. III. 328; quosque praeterea citat Iacobs. ad Anal. Brunckii I. p. 121. Hinc *aestivae cicadae* dicuntur Nemesiano Ecl. IV. 43. Conf. et Boissonadius in nota ad h. l.

Vt hîc v. 393 cicada *κυανόπτερος*, ita *αἰθίοπι χρωτὶ* dicitur in Meleagri Epigr. CXI apud Brunck. Anal. I. p. 32. Schol. autem Par. B: *κυανόπτερος· ὁ σταχτόπτερος*, i. e. *alis cinereis*. Nam *σταχτὴ* recentioribus Graecis dictus *cinis*. Male Goettlingius *alis coeruleis*. De *ἠχέτα* diximus ad Ἔργ. l. c.

Vt hîc est *χλοερῷ ὄζῳ ἐφεζόμενος τέττιξ*, ita de cicadis apud Hom. Il. Γ. 151 seq.: *οἵτε καθ' ὕλην Δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν*. Conf. Hesiodus et Virgil. ll. cc.; Anacreon Ep. XLIII; Meleager Epigr. laud., et alterum Pamphili apud Brunck. in Anal. I. p. 258.

v. 395. ὦτε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση] Antiquissima haec veterum opinio fuit, primum a poëta nostro prodita hoc loco, cicadas rore vesci, quae opinio hinc fluxit, quod, cum excitatae subvolant, humorem emittunt. Vide Plin. H. N. XI. 26, quaeque notavit Cerda ad haec Virgilii Ecl. V. 77: *Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae*, et Iacobs. ad Meleagri Ep. CXI. Est autem θῆλυς h. l. vel, ut Hesychius interpretatur, ἡ τὰ φυτὰ θάλλειν ποιοῦσα θρεπτική (conf. Graev. ad h. l.), vel, ut Diaconus censuit, ἡ ἁπαλή, ut δρόσος dicitur Meleagro Id. in Ver v. 5. Exstat locutio etiam apud Hom. Od. E. 467, ad quem Schol. B. Q: εἰ καὶ ἀρσενικῶς λέγεται ὁ θῆλυς, ἀλλ' ἔχει τὸ σημαινόμενον θῆλυ. Conf. Eustath. ad Od. d. l. p. 1546, 47; Athenaeus V. p. 189 D.

v. 396. πανημέριός τε καὶ ἠῷος χέει αὐδήν] Matutinum cicadarum cantum memorat etiam Calpurnius Ecl. V. 55; sed maxime dicuntur meridie canere. Vid. Cerda ad Virg. Ecl. II. 13.

Vt hîc χέει αὐδήν, ita est χέει φωνήν apud Hom. Od. T. 521.

v. 397 citat integrum, ut Hesiodi, Etym. M. p. 465, 38 seq.; priorem versus partem sine poëtae nomine Schol. ad Od. T. 204 et Eustath. ad Od. p. 1505, 12. Locum autem hunc respicit Suidas, ubi, ἴδει exponens τῷ ἱδρῶτι, addit: καὶ εὐθεῖα τὸ ἴδος καὶ (δοτικὴ) ἴδει· σημαίνει δὲ τὸ θέρος παρ' Ἡσιόδῳ. Cognata sunt ἴδω, ἴδος, ὕδωρ, *sudor*, ἱδρώς. Itaque ἴδος, ut recte Suidas, proprie sudorem notat, hinc aestum, aestatem. Ab ἴδος est ἰδάλιμος, Ἔργ. v. 415. Neutrum vocabulum apud Homerum exstat.

ὁπότε χρόα Σείριος ἄζει] Similiter Ἔργ. 587: ἐπεὶ κεφαλήν τε καὶ γούνατα Σείριος ἄζει.

v. 398. *κέγχροισι πέρι γλῶχες τελέθουσι*] Γλῶχες hic dicuntur spicae, quas milium emittit aestate iam adulta, cum satum illud fuerit aestatis initio. Plinius etiam H. N. XVIII. 7 milium memorat in aestivis, quae aestate ante Vergiliarum exortum seruntur. Scribit Seneca Ep. 86, seri se vidisse illud mense Iunio exeunte. Sed fuisse etiam vernam milii sationem indicant Columella de R. R. II. 9, Geopon. II. 38, non dissentiente Plinio in sequentibus l. c., quem vide etiam XVIII. 26. § 66. Cognata sunt γλώξ, γλωχίν, γλῶσσα, et communis est omnibus significatio rei in cuspidem exeuntis.

v. 399. *ὅτ' ὄμφακες αἰόλλονται*] Referendum hoc ad superius, non ad proxime antecedens; neque enim quo tempore seritur milium, sed quo tempore spicas milium emittit mutare uvae colorem incipiunt.

Dicuntur ὄμφακες uvae immaturae, acerbae. Cognata sunt ὠμός, *crudus*, et ὄμαξ, ὄμϜαξ, ὄμφαξ.

v. 400. Vt Hesiodi ἐν ταῖς Ἠοίαις citat Athenaeus X. p. 428 B:

Οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος,
ὅστις ἄδην πίνει, οἶνος δέ οἱ ἔπλετο μάργος.

Vnde priorem versum temere huc translatum facile adsentior Viris Doctis. Nam quod in Eoeis poëta de maturis, ni fallor, uvis recte omnino dixerat, non item recte dici potuit de immaturis.

v. 401. *τὴν ὥρην μάρναντο*] Respondet praecedenti ἦμος in v. 393.

vv. 402—404 uncis inclusit Goettlingius, ut alius recensionis pro versibus 405—411. Dissentit Rankius, nec ta-

men ausus est certum indicium facere, sitne in v. 405 *οἱ δ' ὥστ'*, an *ἠδ' ὡς* legendum. At nisi *ἠδ' ὡς* legas, carebit praecedens comparatio altero suo membro, quo leonibus de cervo pugnantibus assimilantur Hercules et Cycnus; neque enim, sequente *οἱ δ'*, erit, ut recte quod v. 412 exstat ad priorem quoque comparationem trahas. Equidem versus 402—404, si abessent, non desiderarem. Praeterquam enim, quod hîc affatim est comparationum, prior illa, qua parte aliquid habet ab simili Homerica Il, Π. 756 diversum, offensionem creat tum neglecto digammate in *σφ' ἰαχή*, tum, et magis etiam, quod dicuntur leonibus *ἄμα γίγνεσθαι ἰαχὴ* et *ἄραβος ὀδόντων*, quod rei naturae repugnat, cum fiat alterum hiante, alterum presso ore.

vv. 405 seq. et 412 exstant etiam apud Homerum Il. Π. 428 seqq., ad quem locum Heynius nostra haec ex interpolatione orta censet. Sed exstat versus 405 etiam Od. Χ. 302 in simili comparatione, quae sic videatur et in primis adamata fuisse Epicis et solemne fere apud eos initium habuisse.

αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι, incertum unde, citat Etym. M. p. 11, 20; *γαμψώνυχες* idem p. 221, 11.

v. 406. *κλάζοντε*] Duo vultures, ut est fere par ita pugnantium.

v. 407. *αἰγὸς ὀρεσσινόμου*] Intelligitur *ἀμφί*, vel *περί*, ut saepe.

Versus 409 extrema cum principio sequentis citat Etym. M. p. 42, 32, sed non sine variatione; de qua dixi in notis contextui subiectis.

αὐτὸς δ' ἀπαλήσεται ἄλλῃ] *ipse autem* (ἀπαλήσεται pro ἀπαλήσηται) *aberraverit alio loco;* Gallice *et il sera égaré autre part.* Fera scilicet haud statim e vulnere conciderat, sed fuga se subduxerat in sylvam vel petram, nec sciebat venator, quorsum. Res hîc narrata et sequens illud de vulturibus (οἱ δ' ὀτραλέως ἐνόησαν) diligentem in poëta rerum harum observationem prodit.

v. 415. οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν] i. e. clypeum, hîc, ut apud Hom. Il. Γ. 348, H. 259, P. 44, nullo habito respectu materiae.

ἔρυτο δὲ δῶρα θεοῖο] Contulit opportune Clarkius Homerica Il. Υ. 267 seqq.

v. 417. μεσσηγὺς κόρυθός τε κ. τ. λ.] Hercules Cycno vulnus intulit in cervice inter galeam et scutum infra mentum, itaque in anteriore colli parte. Simile vulnus ab Achille illatum Hectori. Vid. Il. X. 324 seqq. Conf. et Virgil. Aen. XI. 691 seqq., ibique Heyn. in Varr. Lectt.

v. 418. θοῶς iungendum cum seq. ἤλασε. Valet autem *statim atque nudatum vidit.*

v. 419. ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε] Eadem phrasis est Il. K. 456, Ξ. 466; similis Il. N. 546: ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν. Dicuntur autem hîc τένοντε eximie duo illi cervicis nervi maiores, quibus circumaguntur colli vertebrae. Conf. Il. ll. cc. et Δ. 521, E. 307; Foësius in Ind. Hippocr. ad v. Hinc est τενοντόω *cervicem abscindo, iugulo.* Vid. Hesych. in τενοντώσεις, et ibi Interpp.

v. 420. μέγα γὰρ σθένος ἔμπεσε φωτός] Male Diaco-

num secutus Graevius verba haec ad Cycnum retulit cadentem, quando certe ineptum est γάρ; quod Graevius ut dissimularet, reddidit *magnum vero robur concidit viri.* Imo reddendum cum Basil. et ceteris hinc Interpretibus *magnum enim robur incidit viri*, in Cycnum scil. Poëta hoc vult: non mirum, si hasta ambo nervos prorsus abscidit. Namque incidebat in hos ea vi, qua iaculatus eam erat magno robore praeditus Hercules.

v. 421. ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν] Exstant eadem Il. N. 389, Π. 482. Comparatio autem similis exstat etiam Il. N. 178 seqq., Ξ. 414 seqq. Praeclare exornavit eam Catullus LXIV. 105 seqq.

v. 421 seq. ἢ ὅτε πέτρη Ἠλίβατος κ. τ. λ.] Gravissimus sane ille casus, quando excelsae rupis, πέτρης ἠλιβάτου, cacumen fulmine percussum deiicitur. Conf. infra v. 437 seqq.

v. 423. ἀμφὶ δέ οἱ κ. τ. λ.] Leguntur haec etiam Il. N. 181, Ξ. 420.

v. 424. τὸν μὲν ἔπειτ' εἴασε Διὸς ταλ. υἱός] Memor mandati Minervae supra v. 330 seqq. Ταλακάρδιος apud Homerum non exstat. Ab Hesychio exponitur τλητικός, ὑπομονητικὸς κατὰ τὴν καρδίαν.

vv. 426 seqq. λέων ὣς σώματι κύρσας κ. τ. λ.] Comparavit Heynius cum Homericis Il. Υ. 165 seqq., et frequens est apud omnis aevi poëtas comparatio haec heroum cum leonibus, sed suo apud unumquemque modo, ut sunt hîc nonnulla ab Homericis diversa.

Dicitur hîc σῶμα corpus vivum, ut arguit infra v. 428.

Frequentius autem dicitur de corpore interfectae bestiae, ut ex. gr. Il. Γ. 23, Σ. 161.

σώματι κύρσας hic, ut *ἅρματι κύρσας* Il. Ψ. 428.

v. 427. *ἐνδυκέως*] Legitur hoc adverbium etiam apud Homerum Il. Ψ. 90, ubi ab Eustathio p. 1289, 31 exponitur *ἐπιμελῶς* i. e. *accurate*, *diligenter*. Vertunt etiam hic *accurate*. Sed magis est *toto animo in rem intento*, sive, ut Etymologi exponunt, *μετ' ἐπιστροφῆς*. Derivatum quippe *ἐνδυκέως* ab *ἐνδέδυκα*, et *ἐνδυκέως ποιεῖν τι* proprie dicitur, qui animi intentione quasi penetrat in rem, quam agit. Conf. Od. Ξ. 109.

v. 428. *μελίφρονα θυμὸν*] Virgilii G. III. 495 *dulces animas* comparavit Heyn. ad illum locum.

v. 429. *ἐμ μένεος δ' ἄρα τοῦγε κ. τ. λ.*] Construe *ἦτορ δ' ἄρα τοῦγε ἐμπίπλαται μένεος*. Sic Hom. Il. Α. 103: *μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφὶ μέλαιναι Πίμπλαντ'*.

v. 430. *γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινὸν* dictum pro *βλέπων δ' ὄσσοις γλαυκοῖς δεινόν*. Sunt enim tales oculi maxime vividi, et in leone quidem, cum irascitur, minaces. Homerus etiam Il. Υ. 172 de leone: *γλαυκιόων δ' ἰθὺς φέρεται μένει*, quem locum citans Apollonius in Lex. v. *γλαυκῶπις*, explicat *οἷον πυρώδες βλέπει*. Dictus hoc significatu *leo caesius* Catullo XLV. 6: *Solus in Libya Indiave tosta Caesio veniam obviam leoni*. Ad quae vide non immemorem huius in Scuto loci Vulpium.

v. 431. *οὐρῇ μαστιόων*] Homerus in simili comparatione Il. Υ. 170 seq. *οὐρῇ μαστίεται*. A *μάστις* facta *μαστίω* (unde infra v. 466 *μαστιέτην*) et productior forma

μαστιάω. De re hîc significata Plinius H. N. VIII. 16: *Leonum*, inquit, *animi index cauda. Immota, ergo placidus, clemens blandientique similis, quod rarum est; crebrior enim iracundia. Eius in principio terra verberatur, incremento terga ceu quodam incitamento flagellantur.* Conf. Hom. l. c.; Lucanus I. 208, ibique Scholia. Οὐρὰ haec proprie ἀλκαία dicebatur, διὰ τὸ εἰς ἀλκὴν αὐτὸν τρέπειν. Vid. Etym. M. p. 66, 5. Addit Etym. Gud. 36, 13: ἔχει γὰρ ἐν τῇ οὐρᾷ κέντρον, ἀφ' οὗ παροξύνεται, καθ' ἅ φησιν Ἐπαφρόδιτος ἐν Ὑπομνήσει (corr. Ὑπομνήματι) Ἀσπίδος Ἡσιόδου.

ποσσὶ γλάφει] *pedibus fodit terram*, ut solent animalia in ira. Apud Homerum non hoc verbum, sed compositum διαγλάφειν exstat Od. Δ. 438. Conf. Hesychius v. διαγλάψας. Cognata γλάφειν et γλύφειν communem etiam habent cavandi significationem. Hinc γλαφυρὸς proprie est *cavus, cavatus*. Th. 297: σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ, *spelunca in cava*.

Mirum Wolfio et Rankio visum, quod hîc accus. deest. Mihi videtur ille hîc quidem facillime posse intelligi. Quid enim, quaeso, leo pedibus fodiat, nisi terram? Num ad accusativum, Ἔργ. v. 485 post ἀρόσεις omissum, quis offendat?

v. 435. ἀχνύμενος κῆρ] moestus ob interitum filii. Conf. infra v. 454.

vv. 436—441 comparatur Mars, in Herculem cum clamore irruens ab eoque repulsus, cum saxo, quod de montis vertice volutum cum fragore defertur in collem ibique sistitur.

v. 437. ἀπὸ μεγάλου πρηῶνος] Πρώων, πρών, πρεὼν et πρηὼν dicitur prominens montis vertex. Vid. Hom. Il. Θ.

553; Aeschyl. in Persis 131; Suidas v. πρεών, quaeque notavit Rittershus. ad Oppiani Cyneg. III. 315.

v. 439. πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν] Citat Zonaras p. 288, sed per μνημονικὸν ἁμάρτημα ut Homeri.

A πάγω, *figo*, dicitur πάγος, *collis*, aliquo loco quasi fixus. Conf. Hom. Od. E. 405. Talis Athenis erat Ἄρειος πάγος.

v. 440. ἔνθα μιν ἴσχει] sc. αὐτὸς ὁ πάγος, ᾧ συνενείκεται. Sic est Ἔργ. 515: καί τε διὰ ῥινοῦ βοὸς ἔρχεται· οὐδέ μιν ἴσχει, sc. ὁ ῥινός. Quo loco autem petra in collem impingit, τῷ δὴ συνενείκεται, ἔνθα, *ibi*, sistit eam collis.

v. 441. βρισάρματος] *currum gravans* sub pondere, quippe Deus. Conf. Homerus de Minerva Il. E. 836 seq.; H. Hom. in Bacch. 18. Vide hoc Deo datum epitheton etiam H. Hom. in Martem v. 1.

v. 442. ὁ δ' ἐμμαπέως ὑπέδεκτο] A μάπω, unde μαπέω (vid. supra v. 304), verbale est μαπής, hinc ἐμμαπής, ἐμμαπέως, *raptim*, rapide, cupide, ut bene explicat Guietus. Ridicula veterum quorundam ratio, dictum opinantium pro ἁμεπέως, ut significet ἅμα τῷ εἰπεῖν. Vid. Etym. M. p. 335 pr.; Hesych. in v.; Schol. Ven. B. ad Il. E. 836, ubi V.: συντόμως παρὰ τὸ μάρψαι.

v. 444. ἀντίη ἤλθεν Ἄρηος] Adhuc curru, ut videtur, vecta, cum dicatur infra v. 455 manum de illo extendisse.

ἐρεμνὴν αἰγίδα dixit etiam Homerus Il. Δ. 167, quod *nigrantem aegida* reddidit Virgil. Aen. VIII. 353, ubi vide Interpp.

v. 445. δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ'] *Horrendum in modum*

torva intuens. Similiter H. O. 13: *δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδὼν Ἥρην πρὸς μῦθον ἔειπεν.*

v. 448 Ἡρακλέα notandum, cum sit Epicis magis proprium Ἡρακλῆα. Fuitne κτείναντ' Ἡρακλῆα? Sed est infra quoque v. 458 Ἡρακλέα trisyllabum. Conf. et H. Hom. in Herc. v. 1.

v. 451. φλογὶ εἴκελα] *flammae instar coruscantia.* Conf. supra dicta v. 322.

v. 456. ὀρεξαμένη] sc. χειρί, quod additur Th. 178. Pallas igitur manu extensa hastam Martis, quae in Herculis corpus ferebatur, ita declinare fecit, ut in eius scutum impingeret. Similia Minervae facta in salutem heroum, quibus favebat, referuntur Il. Δ. 129 seqq., E. 853 seqq.

v. 460 spurium habuit Guietus; male, si quid video. Versum enim 334 si inspicias, apparebit nunc perfectum fuisse, quod fore praedixerat Minerva.

v. 461 seq. Suspecta ob σάκος priore longa et constructionem δούρατι νωμήσας, verba διὰ δὲ-νωμήσας delenda censuit Guietus, uncinis inclusere Heinr., Gaisf., Dind. Sed poëta σαρκὸς dederat, nec constructio offensionem creabit, si δούρατι iungas cum ἄραξε, non cum νωμήσας, quod accusativum regit. Vid. Hom. Il. Γ. 218, E. 594, H. 238. Ineptissime autem haec Latine ab Interpretibus reddita *hasta perrumpens* vel *dividens*, cum sit νωμᾶν idem quod σκοπεῖν (vid. Wessel. ad Herod. IV. 128) et huius loci haec sententia: Hercules, directa in Martis femur, quod indefensum observaverat, hasta, multum inde carnis avulsit.

v. 463. Φόβος καὶ Δεῖμος] Martis comites et aurigae. Conf. supra v. 195 et Hom. Il. Λ. 37.

v. 466. μαστιέτην] Habet etiam Hom. Il. P. 622 μάστιε, Il. Υ. 171 μαστίεται, a μαστίω, pro quo postea magis usurpatum μαστίζω. Conf. dicta ad v. 431.

v. 469. πόλιν Τρηχῖνος] Pro Τρηχῖνα. Sic apud Aristoph. in Equit. 806: πόλις Ἄργους pro Ἄργος. Plura dabit Brunck. ad Apollon. Rh. IV. 269.

v. 474 seq. ab recentiore poëta additos e v. 380 seq. censet Goettlingius, quem offendit post λαὸς ἀπείρων languens πολλὸς δ' ἠγείρετο λαός. Sed declaratum poëta voluit, unde factum sit, ut congregarentur adeo multi. Datum enim hoc honori Ceycis (v. 476), non ipsius mortui, qui violentus erga homines, impius erga Deos fuerat.

Ἄνθη in v. 474 eadem urbs est, quae supra dicta Ἀνθεία. Sic promiscue dicuntur Πηνελόπη et Πηνελόπεια.

v. 475 seq. λαός, τιμῶντες Κήϋκα.] Simile hoc Diodori Siculi VI. 4: ὁ δῆμος οὗτος περιττότεραν τῶν ἄλλων ἐτίμησαν τὸν θεόν, ad quae vide Wesselingium.

v. 477. τοῦ δὲ τάφον καὶ σῆμ' ἀΐδες ποίησεν Ἄναυρος] Citat Grammaticus in Crameri Anecdd. Oxon. T. I. p. 65, 26. Dicitur σῆμα sepulcro superpositum monumentum, ex quo cognoscebatur, quis ibi sepulcro esset conditus. Sic apud Homerum memoratur Ἴλου σῆμα Il. K. 415, Λ. 166, 371. Conf. etiam H. 89. Erat autem σῆμα tumulus, τύμβος, terra super mortui sepulcrum, τάφον, aggesta factus, unde passim dicitur σῆμα χέειν. Vid. Il. H. 86, Ψ. 45, 256 seq. Ei tumulo fere superimponebatur vel lapis aut la-

pidum congeries, vel columna, vel aliud quid. Vid. Il. Λ. 371 seq., Π. 458, P. 434 seq., Ψ. 329, 331; Od. Λ. 76 seq.

ἀἴδης ποίησεν Ἄναυρος] Thessaliae fluvius, notus etiam ex Iasonis historia. Vid. Apollon. Rh. I. 9. Sed eundem et Euripides memorat in Herc. Fur. v. 387 ed. Matth., coniunctim ibi cum mentione caesi ab Hercule Cycni.

v. 478. *ὄμβρῳ χειμερίῳ πλήθων*] Sic *χειμερίοιο ῥέεθρα* Ἀναύρου memorantur ab Apollon. Rh. l. c.

τὼς γάρ μιν Ἀπόλλων κ. τ. λ.] Apollini, ut maiori Deo, ius erat in minorem.

v. 480. *βίῃ σύλασκε*] Apud Euripidem l. c. v. 388 Cycnum *ξενοδαΐκταν*, hospitum interfectorem, dici videas, cum hic tantum vi spoliasse eos dicatur. Sed ab huius carminis narratione abit etiam Euripides eo, quod sagittis Herculis interfectum Cycnum tradit. Ceterum peracta quoquo modo Cycni caedes non diu Delphos petentibus tutum iter praebuit. Paulo post enim *templa profanus Invia cum Phlegyis Delphica Phorbas* fecit, quo coactus Ceyx ad Apollinis Clarii se oraculum conferre, naufragio periit. Vid. Ovid. XI. Met. 410 seqq.

CORRIGENDA.

In contextu	v. 322	pro	*ἀιγιόχοιο*	leg.	*αἰγιόχοιο*
	v. 360	„	*ἡμετἔρου*	„	*ἧμετέρου*
In VV. LL.	p. 7 col. 1 v. 9	„	*δὲ μεν.*	„	*δέ μεν*
	„ - „ - v. 10	„	Par. L.	„	Par. I.
	„ 16 „ 2 v. 24	„	Flor. D.	„	Flor. F.
	„ 21 „ 1 v. 17	„	*οὐδέτεροι*	„	*οὐδέτεροι,*
In comment.	„ 57 v. 20	„	divitia	„	divitias

